

Q. D. R. V
RUDIMENTIARHETORICÆ.

ex
Partitionibus & Institutionibus
GERHARDI JOHANNIS VOSSI,
singulare studio & operâ
M. SEBASTIANI MITTER.
NACHT,
volunti casuarinæ, extracta;
nunc vero

Pro facilitiori præceptorum perceptione
in Questiones mutata, nonnullisq; in
locis

M. JOHANNES

SCHWARZIO WITTENB: Lycei,
quod in Reg: Lib. Civit: Superioris
Hung: Bartphæ est, Rectore,
aucta &c in usum
illius Juveniatus studiosa
excusa,

Typis & Sumptibus Amplissimi
& Nobiliss: Sena: ibidem.
Anno C. 1669.

In Cittate
Regia Liberâq; Bartphâ,
Patribus & Musageticis
Conscriptis,

V I R I S
GENEROSES, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, juxtim ac
CONSECUTISSIMIS

Dn. F V D I C I ,

Caterisq; Dn.
omnibus ac singulis,
Amplissimi Senatorii Ordinis
ADSESSORIBUS GRAVISSIMIS,
D. Patronis, Evergetis aq; Pro-
motoribus meis,

ut submissio, ita devoto, honoris
& amoris cultu, vultuq; ve
teratum Colendis,

Ta' πρὸς ἐγών καὶ ἐπρεψέων precatus
Iisdem ut omni Pietatis actu
obsticissimus, ita addictissimus
M. JOHANNES SCHVVARZIUS
Vitterab. Lycei Bartphen. Reg.

CELEST

Nescio, quis audaciae livore
aut si quid livore audacius, occu-
pare subinde videtur animos, ut qvi-
bus se de vincitos forte persentiscant,
oppido ut iisdem se evincant, qvocunq;
nitantur nisi. Videlicet sibi ipsi ad ef-
fatum Plinii, fortanam fingunt,
bujusq; misilibus, utur globi ad instar in-
mari velivolo natantibus. aliquando se-
curius, quam par est, confidunt: licet vel
hora momento etiam cum quadri videtur
polliceri firmitatem, suos defraudet illa
alumnos. Nam levis fortuna Dea est, us
in eandem fatur Seneca, huic quanto
paciens, q; si credit, tanto minus fallitur.
Itane autem per dubia seipso deludunt
mortales? Sed & audacem juvasse inter-
dum visa est illa. & qua in quamcumq;
devoluit diu partem, mox felicioris successus
defigit. In bujus spem, qualemcumq; istam
primaria in meatum umbra. (verius diec-

AEG

REDA

re in nocte.) in Vestrūm splendoris ag
Nominis sinū deferendam duxi, quoad
hactenus non unis sollicitus vixerim nos-
tis. qui Vestrum animum, non dicim be-
neficium, (ita enim Iesus paulo
de eodem sentire) sed verè Paternum
demereret me velle, explicare. His
itaq; velut iugi confictus, compulsus, ad
facem Vr. Vr. Amplit: Amplit: has
laborum tenebras aperire sum ausus, simul
verò expendens, etiam per noctem ad diem
sri. Et quidni confidentius aperire? li-
cer conspectus Vestro dignas minas, qui, in
amoris erga Studiosam juventutem testa-
men, & sumptibus Vestris exprimi typis
illas curastis. Reddo itaq; quod Vestrum
magis, quam meum, & ut facilitate, quā ve-
nit, idem excipiam, supplici vultu insto. Quod
santo magis obseruantur me confido, quā magis
de Beue Volentia Vesta, ad quā in pra-
sens provoco, ne dubitem, pietas hortatur. Va-
lere Musagera Colendi, & ut fecisti hactenus,
equalem erga me, meosq; discipulos, affectionem
ad sumulum usq; servare. — Dab. m. e Musae

XVII Calend. Septembri.

Anni clo loc LXIX.

CEVAD
PRAEFATIO AD LECTOREM.

Supra vulgus evidenter sape-
re, qui per compendiosos, eosq; a-
pertos, doctrina calles ad scientia ab-
dyta deproperant; quam qui per an-
fractuosos verborum, rerumq; sinus ad
eadem contendunt, quod non tam hi.
quam illi discentis & ardori & memo-
ria belle consulunt, O! quanto labore
vix bauriuntur Systemata! quanto
cum radio vix ac ne vix quidem lea-
guntur! quin ad limina descendit aro-
dor torpescat proutinus. Nihil, me
judice, majori aut equali sibi virtute
devincit ingenia, quam compendiosa
doctrina. Inest eidem, nescio quid, di-
vini, quod mira vi ad suscitandos pol-
let animos. Prodit ab illius modo con-
spectus quod nostrum facilitate suā sub-
fascinat confessum animum, ut quem-

admo-

admodum torpedo pisces veleni
quādam occultā vi pescatorum
stupefacit lacertos: ita, veluti cip-
pis, numellisve, constringitur mens,
descend: cupida, donec sopore quodā
felici eidem obtor pescat tota. Et si
quis ejus me sponsorem postulet, in
hanc rem, quasi in proscenium, edu-
cerem viatores, qui iter benē tritum
breviusq; festino juxta ac leto decur-
sunt cursu; in ingens verò spatiū
quod effusum est, aut senticosum, ubi
caliginosi dumi fruticesque, veluti ad
insidias exsurrexere, tardiori & invi-
to: ita ab ingressu horrent ingenia,
numeroseam ubi rerum conspicunt se-
riem: quippe, arduis adhuc infueti
studii, vix superabilem esse illam, de-
sperant; Contrà succinctam ubi anim-
adverunt, invitante Minervā hau-
rire easdem desudant. Ars alias lon-

ga, vi-

ga, vita verò brevis. Punctum li-
neæ est, totum quod vivimus aut,
si quid est, minus puncto; & ho-
tamen per infantiam desidiāq; fer-
mē nobis totum elabitur. Parum, quæ
superesse videtur, in tot sibi ars divisa
particulas, ut vix haec sufficiant ad res
necessarias, delibandas saltem, non
dicam hauriendas totas, fisiissima
quamvis impendantur ille. Quare
annis & ingenii consultant oportet, qui
varius variarum rerum scieniis imbuere
juventutem attentant. Atq; id fuit
causa, ob quam in compendiosa Rhetori-
cas precepta meditatus sum, quoad Scho-
lastica munia auspiciatus primū, felicio-
ri videlisset cum successu ut obirem eadem.
Hac autem in arte præambulonem nbi
perspexi Clarissimum Mitternacht, qui
Vossii Rhetoricam ac rudimenta scite jux-
ea ac concinnè contraxit, eadem in Ly-
ceum nostrum introduceenda duxi. Sed

A 4

ob

ob exemplarium defectum, typis, ut exponatur, consultum putavi: id quod facit à Generos: & Ampliss. Dr. Patro-
nis obtinui, ita, ut sumptibus publicis ex-
primi Rhetoricam cūrarent presentem. Et
cum eādem operā hic duos dealbare parie-
cesserit, supplevi, qua forsan, vel deside-
rare vellim am quadam tenus mereri vi-
debantur, praeceptaq; ipsa per quastiones
eratavi quod felicius ita teneri judicem.
Hoc si. Lector Benevolc, a quo animo ex-
pendis, me non in gloriola alicujus aucu-
pium, (quippe ingenii non mei, cuius re-
nuntiatem etiam non admonitus, agnosco,
fœtus iste quod sit, suprà sum confessus,) sed in juventutis nostræ usum, Rhetorican
presentem in lucem edidisse, judicabis.
D E U S, ex voto ut sucedant cuncta,
concedat! **Tu ve** , Lector Benevolc,
vale, & omnia non sinistro affectu con-
suic.

RUDL

RUDIMENTA RHETORICA,

Eorumq; in specie

Primum.

De

NATURA.

. h. e.

Definitione & Divisione
Rhetorices.

Quid est Rhetorica?

RHETORICA est habitus instru-
mental is, tradens modum de qua-
cu m̄ que re ornatè & copiolè dicendi, ut
ita alteri persuadere aliquid possimus.

Quodnam est objectum Rhetorica?

Objectum h̄ic in genere est quæstio
quælibet, quatenus alteri persuaderi de-
bet, sive theoretica, sive practica sit; in
specie tamenq; quæstio civilis.

Quotuplex est quæstio civilis?

Duplex: thesis & hypothesis.

Quid est Thesis?

Est quæstio infinita ac universalis, quæ
rem generaliter proponit, ut: estne bellum
gerendum? A s Quid

Quid est Hypothesis?

Est quæstio finita & singularis, quæ reper certas circumstantias proponit: ut, estne bellum gerendum Imperatori Romano contra Turcas?

Quis. & quotplex est finis Rhetorica?

Finis, vel intermedius est: ut, docere, delectare, mouere; vel ultimus: ut, persuadere.

Quibus mediis fines isti comparantur?

Argumentis Rheticis.

Quid est argumentum Rheticum?

Est inventum probabile ad faciendam Eadem.

Quomodo tractari debent argumenta?

Eadem inveniendo, inventa disponendo, disposita exornando formatur Oraio; formata v. pronunciatur; quibus, ceteris distinctis partibus, totum Oratoris officium absolvitur.

In quo ergo partes Rhetorica commode dividuntur?

Pro

Pro varietate mediorum in quatuor: in Inventionem, Dispositionem, Executionem & Pronunciationem.

Pars I.

De

Inventione.

Quid est Inventio?

Est excogitatio argumentorum ad persuadendum idoneorum.

Quotplex est Inventio?

Duplex: Generalis & specialis. ut ex seqq. Capit. patebit.

CAPUT I.

De

Inventione Generali.

Quid est Inventio generalis?

Ubi ratio inveniendi generalia tantam argumenta, ad varias materias indiferentia, proponitur.

Quibz in partibus consistit illa inveniendi ratio?

A s

In

In materia & forma argumentorum.
De quibus in seqq. membris.

MEMBRUM I.

De

Argumentis materialiter spectatis.

Quotuplia sunt argumenta ratione
materialiæ?

Triplicia : rationum, morum,
& affectuum : Græcis vocantur.
Ἄριστος μέρη Ex quibus mores in
Exordio ad conciliandum ; rationes in
confirmatione ad docendum ; affectus ve-
rò in Epilogo ad permovendum adhi-
bentur, de quibus sequentialia Incisa.

Inciit I.

De

ARGUMENTIS RATIONVM.

Quid sunt rationes?

Sunt argumenta, quibus thema no-
strum confirmamus, ut id persuadeamus
auditori.

Hoc unius generis sunt?

No; sed sunt vel artificiales, vel inartif.

RHETORICA.

Quanam sunt in arte ratiocinales?

Quæ aliud allatæ, ab Oratore so-
lù narte tractantur: ut sunt, testes, syn-
graphæ, tabulæ, jus, jurandum, &c.

Quæ sunt Artificiales?

Quæ ab Oratore artus beneficio inve-
niuntur.

Nim̄ & he variat?

Omnino: Quædam enim Logicæ cum
Rhetorica sunt communes. & petuntur
ex Locis Dialecticis, qui his verisimilis
conveniunt: (poscas,

Quid per quæque est Effectus, Adjunctus
Contra pars, Testes, leges cum Judice; Etiam
quædam vero sunt Rhetoricæ propria.

Hoc quotuplices sunt?

Duplices: aliae sunt omnibus Causarum
Generibus communes, ut Possibile
& Impossibile, Magnum & Parvum;
allæ sunt cuique Generi propriae & vari-
ant pro varietate illorum.

Quid sunt Genera Causarum?

Sunt

In materia & forma argumentorum.
De quibus in seqq. membris.

MEMBRUM I.

De

Argumentis materialiter spectatis.

Quotuplicia sunt argumenta ratione
materialiæ?

Triplicia : rationum, morum,
& affectuum : Græcis vocantur
as you. οὐδὲ ταῦτα. Ex quidus mores in
Exordio ad conciliandum rationes in
confirmatione ad docendum; affectus ve-
ro in Epilogo ad permovendum adhi-
bentur, de quibus sequentia Incisa.

Incitum I.

De

ARGUMENTIS RATIONVM.

Quid sunt rationes?

Sunt argumenta, quibus thema no-
strum confirmamus, ut id persuadeamus
auditori.

Hænum unius generis sunt?

Nō; sed sunt vel artificiales, vel inartif.

Quanam sunt inartificiales?

Qvæ aliunde allatæ, ab Oratore so-
lù narte tractantur: ut sunt, testes, syn-
graphæ, tabulæ, jusjurandum, &c.

Qua sunt Artificiales?

Qvæ ab Oratore auctis beneficio inve-
niuntur.

Nam & he variant?

Omnino: Qvædam enim Logicæ cum
Rhetorica sunt communes. & petuntur
ex Locis Dialecticis, qvæ his versiculis
continentur:

(poscas,
Quid per quæque est? Effecti, Adjuncta,
Contra pars, Testes: leges cum Judice; Examens,
qvædam vero sunt Rhetoricae propria.

He quotuples sunt?

Duplices: aliae sunt omnibus Causa-
rum Generibus communes, ut Possibile
& Impossibile, Magnum & Parvum;
aliae sunt cuique Generi propria & vari-
ant pro varietate illorum.

Quid sunt Genera Causarum?

Sunt

Sunt Classes rerum, vel quæstionum, quas alteri persuadere possumus; pro diversitate verò qualitatum ita distinctæ, ut exinde argumenta, qvibus illæ commodè tractari possunt, desumantur.

Quot sunt Genera Causarum?

Communiter statuuntur tria: Demonstrativum, Deliberativum & Judiciale.

Quid est Genus Demonstrativum?

Qvo laudari, vel vituperari.

Qua materia ad hoc Genus pertinent?

Varia; quæ ratione temporis & subjectorum sunt distinctæ. Nam respectu illius laudantur vel vituperantur imprimis, que in tempore præsenti existunt: rarius futura vel præterita; nisi laudem eveneturam conjicias, aut viventium seu defunctorum facta memoræ. Respectu horum pertinent huc (1.) Personæ, v. g. quando laudamus Josephum & vituperamus Judam. (2.) facta, ubi laudamus

Davis

Davidem, Goliathum presterentem, & vituperamus Lucretiam seipsum interficieniem. (2) res, ut sunt; virtutes & via, loca naturalia & artificialia, disciplinæ, arte facta, partes totius &c. & tandem quoque quæ huic referendæ sunt, privationes.

Fro laude vel vituperio Personarum unde sumuntur argumenta?

(1.) à Genere. (2.) Partiâ. (3.) Naturâ. (4.) Fortunâ, sub qua divinitæ & honores comprehenduntur. (5.) Institutione. (6.) Actionibus, & quæ harum fundamenta sunt, virtutibus. (7.) Morte. & (8.) Sepulturâ. Qui ordo q. idem naturalis est, quod si q. is artificiosam travult, à virtutibus certe tam personam commendare potest.

Pro factis quæ faciunt argumenta?

Quæ ab honesto, utili, facilis, & quæ his contraria, sunt prima: qvorum illud ad Efficientem, illud ad effectum vel finem,

nem.

nem. hoc verò ad Grecu instantiis pertinet. Nec parum in hanc rem præstat, si dixeris: quod quis primus solus cum paucis, precipue tempore maximè necessario, sepe in laudem civitatis & novum sui honorem fecerit.

Quinam sunt Loca rerum?

Præter honestum, utile & facile, accedit quoque necessarium & jucundum, Quamvis artificialia, ut domus, urbes, &c. communiqueret, ut Personæ tractari solet.

Quid est Genus Deliberativum?
Quo sva deinus, vel dissuadeamus.

Qua Materie hoc spectam?

Omne futurum, & quidem, quod in manu ac arotrio nostro politum est, v.g. si suadeas pacem, dissuadeas bellum. Cui accensetur quoque res sacra, quatuor: videlicet hæ docendæ sunt.

*Per qua Media aliquid suadetur
vel dissuadetur?*

Per

Per ista: ut aliquid dicatur futurum.
(1.) Honestum & legibus consentaneum,
vel turpe. (2.) utile vel inutile (3.) aequum vel iniquum (4.) necessarium vel non necessarium. (5.) jucundum vel molestum, & (6.) gloriosum.

Quid est Genus Judiciale?

Quo accusamus vel defendimus.

Circa quam Materiam versatur

hæc Genus?

*Circa controversias forenses de rebus
præteritis,*

Qua hujus Generis sunt argumenta?

Hæc varians pro varietate statuum.

Quid est Status?

Status, si generaliter spectemus eum, est questio, ex primo causarum conflictu proveniens specialiter verò, & prout hic consideratur et id quod ex prima accusatis intentione & defensoris depulsione nascitur: Qualis Status oritur, quando Milo accusatus, quod Clodium interficerit

cerit, factum quidem fatur, sed iure se fecisse, ait: & quidem talis: Jure ne, an in iuria, Clodius interficeret Milo?

Quotuplex suboriri potest Status?

Quadruplex: Conjecturalis Finitivus,
Qualitatis & Quantitatis.

Quid est Status Conjecturalis?

Quando queritur: an quid factum sit, nec ne? ut, an Röscius occiderit Patrem suum?

Per quid destruitur vel adstruitur iste Status?

Per Voluntatem & Facultatem. Quarecum illa probatur (1) ex affectibus, ira, odio, amore, &c. (2) ex Causis Finalibus, sc. spe commodi & impunitatis. (3) ex ingenio & proprietatibus naturabilibus, moribusq;. (4) ex signis, dictis videlicet & factis; Hec verò ex Circumstantiis rerum & personarum. Unde huc pertinuerint vires corporis, animi promptitudo, copiae, opes, locus, tempus, testes, rumores, tormenta, &c.

Quid

Quid est Status Finitivus?

Quando de nomine rei queritur: ut, Estne Sacrilegium, aut furtum appellandum, si quis pecuniam profanam è loco sacro abstulerit?

Unde hic percutitur argumenta?

A Conditionibus bona, vel vitiis mala definitionis; q. æ., quia oratoria est, prolixior ex causis, effectis, subjectis & adjunctis efficitur. Confirmatur a argumentis à consuetudine, a virtute legis, similibus, exemplis, aut loco aliquo communis deductio.

Quid est Status Qualitatis?

Quando queritur: qualem sit factum ut: Milo quidem occidit Clodium, sed iure id fecit. sique vel Negotialis vel Judicialis.

Quid est Status Negotialis?

Quando de re futura queritur, recte & honestè ea fieri possit ut, an bellum sit gerendum? estque Generis Deliberativi proprius.

Quid

Quid est Status Juridicalis?

Quando de re præcerita quæritur: ut
An Horatius jure interficerit Sororem?
estque iterum vel Rationalis, vel Legalis.

Quid est Status Rationalis?

Quando de facto ipso quæritur, & hic
vicissim in Absolutum & Transumptio-
num dividitur.

Quid est Assumptivus?

Qui factum de jure defendit.

Per quæ argumenta hoc sit?

Per (1) ius naturale (2) ius scriptum
(3) consuetudinem (4) judicatum live
exemplum (5) equum vel bonum &
(6) faustum.

Quid est Status Transumptivus?

Qui defensionem facti per se debilem,
juvat, re foris assumptam,

Quibus argumentis hic utilit?

(1) Confessione, quæ adjunctam ha-
bet purgationem & depreciationem (2)
Comparatione (3) Translatione, & (4)
Remissione.

Quid

Quid est Status Legalis?

Quando de lege aut scripto aliqui jus
discepuntur, sique hoc (1) per Statutum
Scripti & sententia (2) Ratiocinationis
(3) Contradictionis, & (4) Ambigui.

Quid est Status Scripti & Sententia?

Qui de Scripti sententia, quæ forsitan
videtur ambigua, controvertit.

Quanam hic faciunt argumenta?

Quæ ex definitione, divisione, causis,
effectu, circumstantiis, comparatis & testi-
moniis, nunc divinis; nunc humanis
confici possunt.

Quid est Status Ratiocinationis?

Qui ex eo, quod scriptum est, aliud
non scriptum, quod pars eius ratio sit,
colligit.

Quibus hic opus est argumentis?

Quæ ex Locis Generis, Causarum,
Comparatorum, Contrariorum, bona vel
mala consequentia emergunt.

Quid est Status Contradictionis?

Quando

Quando duæ plures vel leges, tanquam contrariae : aut una lex, habens plura capita, quæ casu contraria sunt, controversiam pariunt.

Quibus iste componitur argumentis?

Iudicem, quæ duci possunt (1) ab effidente: quod validior tamè lex habenda sit, quanto major sit Legislator, (2) à Materia, quod lex specialis derogat generali; aut lex tabulæ primæ præterit secundie (3) à Circumstantiis temporis, personarum & rerum, quod lex antiqua cedat novæ. (4) a fine, quod cessante fine, cesset ratio legis, &c.

Quid est Status Ambigui?

Quando dictio aliqua, plura significans, controversiam patit.

Hic unde hauriuntur argumenta?

Ex Grammatica, Definitione, Divisione, Circumstantia, Comparatis, aut aliis, ex quibus ambiguitas suboritur.

Quid est Scientia Quantitatis?

Qui

Qui de Magnitudine rei disceptat: ut si constet, esse crimen; & eamen negetur, grave illud esse.

Quomodo Status iste componitur?

Amplificatio & immunitio imprimis attenditur. Videndum igitur, quid magnum aut exiguum censeri debet.

INCISUM II,

De ARGUMENTIS AFFECTIONUM.

Quid sunt Affectiones?

Sunt certi animi motus, à Deo implantati, qui ab Oratore in Conclusionē ictu excitati, persuasionem juvant.

Quomodo variant Affectiones?

Variant pro varietate Generum, Causarum: Qui tam eni muni Generis Demonstrativi: ut, Meritis, Spes, Pudor, Impudentia, Amor & Odium; qui idem Iudicialis; ut, Ira, Indignatio, Invdia, Lenitudo.

Lenitas, Misericordia, Amor & Odium;
quæ nunc moveri, nunc sedari possunt.

*Quomodo moveri, & in specie
Amicitiae?*

Cum ostenditur, paribus aut similibus
bona esse præposta, ob quæ idem ac-
quiri possibonos; ut sunt: *Virtus, erudi-
tio, Magistratus, horii amans, bibli-
oteca luculentia & similia.*

Quomodo Contentus?

Cum dicitur, inter patres vel similes
non esse eandem fortunam aut honorem.
*Despicuntur ergo, qui prospera fortuna
utuntur, quamvis bonis careant honorati.*

Quomodo Lætitia?

Considerando boni magnitudinem,
& ostendendo, quæ præfens fortuna
potior sit altera; nec non res lætas audi-
toribus objiciendo.

Quomodo Dolor?

Per malis præsentis exaggerationem.

Qot

Quomodo Gratia?

Ostendendo indigentiam vel indigni-
tatem accipientis aut erogantis; donis
piùs excellentiam vel quantitatem &c.

Quomodo Meritis?

(1) Si malum vel periculum tam
publicum, quam privatum objiciamus,
ejus magnitudinem exponamus (2) Si
imminere jam illud καθ' ὑπόλυτον
ostendamus.

Quomodo Spes?

Primum, si ostendatur fieri aliquid
posse, vellactum esse. Deinde, si subsi-
dia necessaria demonstrantur. Et tandem
Si favor divinus promittatur.

Quomodo Pudor?

Objiciendo ea, quæ factu sunt rero-
pia; vel taliem factorum signa, quorum
nos pudet apud eos, qæ in prelio ha-
bemus, qui corundem licet non sint ob-
noxii criminum, severi tamen illorum sunt
centores; aut facile, quæ sciunt, divulg-

B

gapig

gan, aut nobiscum semper benignè egerunt.

Quomodo Impudentia?

Contemnendo res, quæ factū turpes, & turpis rei signa esse creduntur.

Quomodo Ira?

Si contemsum fuisse auditorem testamur, *d̄spetione*, quæ sine impedimento si; *incommodatione*, quæ cum impedimento, & *concupiscentia*. In hanc facit quos quæ facinoris admissi atrocitas, Innocentiae laesio malitia lædenis & damnum futurum.

Quomodo Indignatio?

Quando Vitæ prioris fordes vel utilitas confertur cum præsentis temporis opibus, vel potentia, vel gloria, indignoq, esse collata omnia demonstratur.

Quomodo Invidia?

Quando Pares aut inferiores evolasse intolerantiū se jactasse, & a qualitatem communis juris dignitate & fortuna sua transi-

transiisse dicimus, non tamen virtutē, quām vitiis claros.

Quomodo Lenitas?

Hæc moveri potest, si obvertamus Personas idoneas & res apertas. Persona sunt pueri, senes, fœminæ, formā & lingvā præstantes, item antistites: *Ad res* pertinent tempus oportūnum facti excusatio, quæ ostendit, non esse aliquid factum animo malo, aut ex contemnu; & tandem deprecatio ingenua.

Quomodo Misericordia?

Quando indicatur, magnum & penale exitiale malum premere immitum. Id quod postea magis dilucidatur, si persona ista à conditione, statu, loco, tempore, fine, modo aut querelis & verbis & gestu productis describatur, & ejus prius felicitas cum præsentī calamitate comparetur.

Quomodo Amor?

Quando id velle videmur, quod utile

est auditoribus ; aut salutem publicam
præferimus commodis propriis ; aut
quando animum gratum pro beneficiis
acceptis significamus, aut auditorum vir-
tutes & merita , eā, quā decet, modestia
deprædicamus.

Quomodo Odium?

Commemorando actiones inimicorum
adversantes bono , quod amamus.

Quomodo sedantur Affectus?

Cum contrario , quo moventur , mo-
do tractantur.

INCISUM III

De

ARGUMENTIS

MORVM.

Quid sunt Mores?

Sunt certus in Oratore dicendi Mo-
des & habitus , quo is animos audi-
orum in Exordio sibi conciliat.

In

In quo consistit ille moratus dicendi
modus?

In duabus partibus ; quarum altera
est, si Orator seipsum observet, & altera, si
auditores respiciat.

Quomodo Orator observare debet
se ipsum?

Quando in Oratione ipse (1) dicit
non audacter, sed prudeenter , ne videatur
alios monere. (2) virtutes laudet & vi-
ta taxet; & (3) præfert singularem a-
morem & benevolentiam erga auditores.
Rem publicam vel Patriam. Iis enim fa-
cile credimus , qui & rem intelligent &
benè nobis cupiunt. Hoc est, si Orator
in dicendo, prudens , probus & benevo-
luit.

Quomodo Auditores?

Quando ipse exactè eorum mores ob-
servat. Hinc videndum illi est , apud
quos dicat , & de quibus dicat. Nam
mores hominum variant , cum pro na-
tura

B 3

tura gentis ac Reipublicæ: sùm etiam
in singulis, pro ratione affectuum, ha-
bitum, ætatis ac fortunæ.

MEMBRVM II.

De

ARGUMENTIS FORMALI-
TER spectatis.

*Quotuplex est forma, quâ argumento
in Oratione ponuntur?*

Duplex: Generalis & specialis.

Quâ est forma generalis?

*Syllogismus perfectus, Enthymema
cui adjungitur Exemplum..*

Quâ est forma specialis?

*Quâ forma generalis modo Oratōrio
& à Logico diverso, disponitur.*

Quomodo hoc sit?

Diversimodè, pro diversitate formæ
generalis: *Alier enim disponit Syllo-
gismus, aliter Enthymema vel Exem-
plum.*

Quomo.

*Quomodo Oratorum disponitūt
Syllogismus?*

Culibet præmissarum, sive ordine, si-
ve minùs ita positæ sint, statim subjici-
tur probatio. His, qvando accedit con-
clusio, qvinque membris forma evadi,
hoc modo:

*Sit 1. Major: Qvicquid nos D E O
gratos reddit, illud est utile.*

*2. Ratio Majoris: Nam gratiâ divinâ ma-
jus quoddam bonum non datur. Qvic-
quid ergò illam nobis contrahit, illud
utile omnino erit.*

3. Minor: Sed Pietas nos gratos reddit.

*4. Ratio Minoris: Nam ita facimus, quæ
D E U S præcepit, debitamq; obedientiam
eidem præstamus, quæ non potest non
esse D E O grata.*

*5. Conclusio, Unde Pietatem esse utilem
facile colligitur.*

*Quomodo Oratoriè disponitūt
Enthymema vel Exemplum?*

B 4

Id qvi-

Id qvidem variis modis fieri potest,
qvorum duos tamen h̄ic adducere licet,
qvod reliquos usus docebit.

Quis est primus modus?

Qvando nuda qvæstio probanda
præmittitur, & ratio ejus subjicitur, h. m.
**Omnino Pietas est utilis, qvia nos apud
DEUM efficit gratias & acceptos.**

Quis est secundus modus?

Qvando conclusioni probandæ sub-
mittitur (1.) ratio, (2.) rationis Confirmatio, (3.) Confirmatae exornatio, & (4)
Complexio, qvā tota argumentatio
concluditur; breviter collectis parti-
bus, h. m.

Conclusio: Pietas est utilis.

Ratio: Quia DEO nos reddit gra-
tos.

Confirmatio: 1. Etenim hic promisit o-
mnibus piis gratiam suam, misericordiam
& commoda quæq.

2. Et quid gratum reddi-
dit

dit Abramum, Mosen,
Davidem? quid queso a-
liud, quam Pietas?

Exornatio. Diligimus servum, dico qui
audiens est: Exhibilarent
nos agri, qui semina ac-
cepta largo cum fœnore
reddunt; Quidni DEUS
servum fidelem?

Complexio: Quodsi ergo Pietas ita DEO
gratos atque acceptos nos
reddit, prout è dictis patet;
quis judicare aliter potest,
quam pietatem omnino us-
tilem esse.

C A P V T II.

De

Inventione Speciali.

Quid est Inventio Specialis?

Qvando materiæ speciales ad singula
Causalum Genera referuntur, & pro illis
dem tractandis, specialia argumenta
monstrantur.

B 5 Quæ

Quæ ergo Matteria pertinent ad
Genus demonstrativum?

Hujus Generis sunt octo: Orationes (1) Panegyricæ, (2) Nuptiales, (3) Natalitiae, (4) Funebres, (5) Gratiarum auctoriæ (6) Gratulatoriæ (7) Lamentatoriæ, & (8) Valedictoriæ. Quibus ex Epistolis annumerari possunt (1) Nunciatoriæ (2) Gratiarum auctoriæ (3) Gratulatoriæ (4) Lamentatoriæ, (5) Defensoriæ (6) Expostulatoriæ (7) Exprobatoriæ, & (8) Excusatoriæ.

Quæ Orationes dicuntur Panegyrice
& quomodo tractantur?

I. Quando coram Senatu in Principis laudem habetur Oratio: Ubi post Exordium Principem laudamus, nostram felicitatem deprecamus, Principi longævitatem præcamur, civesque ad obsequium exhortamur.

II. Quando Principi munus offertur:

Ubi

Ubi munus cum honestâ laudatione proponimus; Principis laudem exponimus, (cujus virtutes non solum hoc, sed plura quoque & majora dona postulant) & nos tandem totos ei dedimus.

III. Quando novo Urbis Praefecto adventanti gratulamur: Hinc civium ob advenientem Praefectum gaudium testamur, Praefectum ipsum laudamus, conjecturam de nostra felicitate futurâ facimus, urbem ipsam & reliqua inanima gaudere singimus, ac tandem per solvimus DEO grates.

IV. Quando Legatus novi Principis electionem sive successionem foederatis populis exponit & commendat: Ubi Personam Principis laudatâ prius, posteâ promittit, Principem leges fundamentales servaturum, ac in omni virtutum studio ita vicieturum, ut habeant, de quo gratulari sibi possint foederati: ac tandem sibi, suoque Principi, observantium & subje-

Subjectionem debitam à foederatis promittit, ad quam & verbis amicis illoshortatur.

*Quomodo formantur Orationes
Nuptiales?*

Hic præmissū potest naturalis omnium appetitus simile producendi, sed congressu diversissimo, Deinde commoda conjugii enumerantur, quæ sunt bona existimatio, procreatio liberorum, & multarum vitæ miseriarum abstersio. Porò, quomodo ex societate conjugali domus, pagi, urbes & regiones, oriae, demonstratur: itaque Sponsis novellis fausta vovētur, liberixæd' utotū totū lasiantes coram Parentib⁹ finguntur, & iidē cum Sponsi conseruntur pueritia, quem cum Sponsa laudamus, atque ad mutuum amorem exhortamur.

Quomodo Natalitie?

Hic ante omnia de nauticatis tempore dicimus, anno scil. mense, die, horas
dein-

deinceps de loco natalitio, quis, qualisve iste sit: post de virtute parentum ac majorum, aut si jam adulto pro die Natalitio gratulamur, omnia in hanc rem adhibere possumus, quibus alias Personam laudari exposuimus suprà. Tandem, ut dies iste saepius redeat, vovemus,

Quomodo Funebres?

Has ordimur à signis, vel à sententia, communē fatorum necessitatē insinuante, vel ab aliis, quibus commodè ad defunctum transire possumus. Postea laudamus defunctum, & spe, quam de eo conceperamus, nos destitutos, querimur; luctus denq; subicitur consolatio, & adhortatio, ut virtutes defuncti & memoria retineant, & imitari studeant auditores.

Quomodo Gratiarum actoria?

In his testamur lætitiam ex beneficio accepto oboream: Deinde exaggeramus beneficium partim per liberalitatem danis, par-

tis, partim per necessitatem accipientis,
Tandem animum gratum pollicemur,
& ut constanter amemur, peimus. Qvò
etiam pertinet λόγος ἐνθαλψίος.

Quomodo disponitur λόγος ἐνθαλψίος?
Hic post redditum, primum patrios la-
res salutamus, DEoqve gratias agimus,
quod salvos nos seduxerit. Hinc nostrum
absentium desiderium exponimus, at-
que, ita urbis desideratae laudes persecuti,
postremum eidem benè precamur, ac to-
tos nos devovemus.

*Quomodo Gratulatoriae & quanam
sunt illæ?*

Gratulatoriae sunt, qvibus gratulamur
aliis, aut de re benè gestâ, aut de premiis
acceptis, aut de periculis superatis, ali-
isve. in qvibus primum rei collatae, actæ
aut superatae naturam expendimus, &
cum agente aut conferente conferimus;
deinde gaudium nostrum ex prospero al-
terius

terius successu testamur, atqve ostendi-
mus, virtutis id esse præmium Tandem
DEUM, ut hoc bonum sit perpetuum,
& Republicæ aut Patriæ proficuum.
invocamus. Qyod si vero officium pu-
blicum gratulari alicui velimus, dicemus
non amico, sed urbi ipsi gratulandum.

Quomodo Lamentatoria?

In hac indicamus malum, in quod in-
cidimus, ejusqve magnitudinem signifi-
camus. Deinde odium in malevolos, à
qvibus malum perpetuum, excitati, a-
liqvando etiam metum aliis securis inji-
cimus, quod ipsis simile qvid possit e-
venire. Quo commode etiam refertur
λόγος προπεμπτικός,

Quid est λόγος προπεμπτικός?

Quando sub amicorum discessum
queri noniam vel indignationem in for-
tunam instituimus, qvæ amicum nobis
avellat. Hinc exercitia dulcia, & ha-
stena usitata in memoriam revocamus;
posthac

posthæc interrogamus, ubi sunt promis-
sa, quod neuter alterum velit deserere ?
magnis tamen viris & Legatis, loco hujus
partis, gratulamur potius honores. Porro
oramus discedentem, ut absens etiam no-
stræ memoriam velit alere. Postunt &
urbes, quas lustraturus est, qui discedit
commendari & voto felicis itineris res to-
ta claudi.

Quomodo Valedictoria?

Discessuri testamur dolorem nostrum,
quod ab amicis divellamur. Postea po-
puli, unde abimus, laudamus fidem, cle-
mentiam, pietatem, urbisque situm salu-
brem & amœnum, nec non festa sacra
& profana. Porro beneficiorum memori-
am pollicemur, & bene amicis reliquis
precamur.

Quomodo formantur Epistole?

In genere hic nota: Quemadmodum
Epistolarum tractatio nostri instituti, per
compendium præsens, non est; ita earum
classes

classes nos saltim notasse, quo referendæ
sint quo ipso Χειρογραφia Docenii mon-
stramus, qvibus ex locis construi com-
modè possint, ex illius Generis, ad quod
referuntur. Fusiorem ergò modum
monstrabit fidelis docens ex aliis Autori-
bus.

*Quæ Materia Speciales spectant ad
Genus Deliberativum?*

Ex Orationibus Octo: ut, (1) Moni-
toriae, (2) Commendatoriae, (3) Con-
ciliatoriae (4) Concitoriae (5) Adhorta-
toriae (6) Dehortatoria (6) Consola-
toriae & (8) Petitoriae ; *Ex Epistolis*
vero (1) Suasoriae & dissuasoriae (2) Ex-
hortatoriae (3) Uehortatoriae (4) Conso-
latoriae & Responforiae ad Consolatio-
nem (5) Petitoriae (6) Commendatoriae
(7) Conciliatoriae, (8) Communicato-
riae (9) Monitoriae (10) Disputatoriae,
& quæ hujus generis sunt aliae.

Quomo-

Quomodo formantur Orationes Monitoriae?

Primo laudamus monendi præclaras animi dotes, à nobis magni semper aestimatas, sed labe quādam nostro, vel aliorum, judicio, imminutas: Vel conciliamus nobis prius benevolentiam à singulari affectu nostro in alium, & cura obīdolem. cognitionem aut cōsuetudinem. Deinde dicimus, amici require officium, ut alter alterum admodum ejus labeculae, quam à gente, ætate vel convictu aliorum contraxit, viris aliquando magni nominis communem, sed parvo negotio corrigendam; additisq; argumentis ab honesto, utili, gloriolo, (quibus virtutis odium contrariæque virtutis amorem gignamus) horabimur, ut ad omnes præstantis viri laudes se excite.

Quomodo Commendatoria?

Causis propositi nostri vel prius explicitis,

catis, commendamus hominem à probitate, fide, humanitate, eruditione, genere, aliisque, & quod idem de illo sentiant alii, monemus: porrò gloriam & utilitatem à commendato nobis, aliisque reportandam polliciti, omne gratiæ animi officium spondemus.

Quomodo Conciliatoria?

Quæ de ira & odio in doctrina de affectibus adduximus, ad hoc Orationum genus & facere & sufficere potest.

Quomodo Adhortatoria?

Quemadmodum hæc languentes animos ad audiendum prosequendumq; opus aliquod impellimus; ita ante omnia illi, quem horcamur, persuademus, remesse honestam, utilitatem, facilem, necessariam, in simul quoque nostrum affectionem & amorem ostestando. Postea Personam ab īdole, ab animi doib; commendamus, spei nos egregiam de ipsis doib; concepisse monemus. Tandem

dem aliquando misericordiam, aliquando odium, non raro vero spem præmiorum & metum pœnarum movemus, atque id quidem parcias apud claros Viros.

Quomodo Dehortatorie?

*H*is à malis cœptis revocamus, & ut id obtineamus, rem esse malam, vilem, impossibilem, laboriosam, incertam, aut parum utilem; sumum item esse, non aureos montes, quorum spes facta ostendimus. *E*xemplis postmodum dissimile probamus, credulitatemque auditorum & adversarii veteratorum ingenium perstringentes, periculorum metu terrem animis incutimus.

Quomodo Consolatorie?

Quemadmodum per has alias animamus, levaturi videlicet dolorem ex bono amissio, aut remoturi metum ex amittendo; ita in iisdem consideramus malum ipsum, consolantem & consolandum. Ostendimus

mus

mus autem hujus vitæ conditionem, quod DEUS per crucem ita soleat nos tentare; esse tamen crucem illam levem, nec diuturnam. *F*it. *Consolans minor est*, proficitur ipsi in solatium, isti, et istud se audivisse, vel ex grandavo quod edam Philosopho vel ex alio; si equalis, amicitiae leges praetexet; si verò aequalis, aliquando etiam graviter incipere possit. *C*onsolandum fortiorem, pro plenitate & extrema fortitudine, infraicto animo futurum, speret Oratio. *C*onsolandum, in firmorem erigat confiendo quidem malum, condolendoque; opponenda tamen remedia, ab exemplis eorum, qui adversa constituerentur, item, ab honesto, utili, necessario, jucundo, possibili exprimuntur. *M*orenem ob malum imminens, solatur primùm injecta spe, quam vel opinio deleri, vel placari possit. *D*einceps dedito animo contemnit eventus, reliquæ humanas, quas vel felicem suscepimus

pturas promittit, vel confidentia adhuc superabiles, idque exemplis clarorum, Virorum ostendit.

Quomodo Petitoriae?

Petitoriae sunt *vel aperte*, *vel oblique*. In apertis primùm conciliamus emorem, vel ex nostro affectu & confidentia, vel ex alterius erga nos favore, alias cognito. Et munus aliquod, *Patrocinium*, &c. rogaturi liberalitatem, pietatemque prius commendemus necessum est. Postea petendum & ut peccata obtingamus, ab honesto, utili ac facili persuadendum; ostendendo imprimitis, nos sine alterius damno juvari & remunerationem pollicendo. Obligè vero perituri, pudorem egenti obesse, nec audaciam facilè suscipiendam, dicimus; nos tamen spem de Patrono maximam concepisse, quod alius beneficerit & divinum sit prodesse velle omnibus. Deinde subiungimus, nos eum semper parentis loco

colu-

coluisse, motos illius parentum majorumque famâ. Rens autem honestam, piam justam facilem, utilem & necessariam petere, nos, monemus. Tandem additis precibus & obtestatione per rem & personam, quibus nihil nobis & alteri carius, animum memorem promitemus ac gratum.

Quæ materiæ specialiæ continentur sub Genere Judiciali?

Ex Orationibus Sex: ut (1) Objurgatoriae (2) Invectivæ (3) Expostulatoriae (4) Exprobratoriæ (5) Purgatoriæ (6) Deprecatoriæ. Ex Epistolis (1) Criminatioriae (2) Defensoriae (3) Expostulatoriae (4) Exprobratoriæ (5) Excusatioriae &c.

Quomodo formatur Oratio Objurgatoria?

Hec, ut admissum crimen verbis increpari sub spe alterius emendationis hominis duræ cervicis ab ingeniis misericordiis secerunt,

cernit, & primū delictum ob oculos ponit, proprio id, nec duriori, nec molliori nomine appellans. Deinde gravitas eum delicti extollit per circumstantias nunc personæ, q[uod] od ejus generi, ætati, professioni, patriæ mihi us ista convenienter: nunc loci, temporis, modi: nunc effectus, urgendo, quæ mala evenerint, quæque bona sibi impedita. Hæc omnia graviter exaggerat, increpat & minatur, si durum lectere aliter non possit. Dociles autem initio laudandi. Deinde reprehensionem necessariam esse, & ad alios cibabem etiam taxatam dicendum, & quidem ita, ut ex ore & facie evanescat.

Quomodo Invectiva?

In hac, argumentis ex Genere Demonstrativo petitis, sed sine maledicentia, invehimur, interdum in omnem alicujus vitam, interdum in certa solem vitia, ut excitemus pudorem facti & metum po-

næ;

næ: apud alios autem iram, odium, invidiam aliosque ejusmodi affectus.

Quomodo Expostulatoria?

Peream conquerimur de illata nobis injuria, h.e. Si adversarius factum neget, per argumenta Status Conjecturalis convincendus ille est. Quo convicto, vindicandum: an levior, an gravior injurya sit? Si levior est, laude, joco, vel dissimulatione temperatur. Ubi factum quidem improbamus, q[uo]d per illud amicitia fuerit laesa, obirectandi que causam pluribus dederit; voluntatem verò facientis, quantum licet, excusamus, vix nobis persuasuri, ex odio contemptu, aliisque virtutis Injuriam ortum traxisse. Si verò gravior, ex collenda quidem gravitas facti est; ita tamen temperanda omnia, ut ne injuriam videamur nimis exasperare, sed plura potius tulisse, quam dicta metu malorum majorum coacti, ad querimoniam fuisse.

C

Qua

Quomodo Exprobratoria?

Hæc in ingratitudinem animadversit. Et primò, beneficium nostrum commemorando exaggerat per locos plerosque tam proprios, quam communies, idque inviter fieri testatur. Post expōnit atque amplificat maleficium alienum, quod talis tantusque Vir suā existimatione posthabitā; vir, tot ornatus beneficiis, in amicū beneficium, juvēnem vel senem, in tempore necessitatis injurijs ferū; quid proinde iste sit tacturus aliis?

Quomodo Purgatoria?

Hæc nostrum aliorumq; factum defendimus. Idque conamur Personam adversarii, ejusque orationem, in contemptum ducendo; vel ut minus ei habeatur fides. Hic si autoritate pollet, subludari quidem ejus virtutes possunt; hinc tamen ipsum, aliquid humani passum, animumque mutaturum: Quod si nobis vel equalis, vel minor est, exaggerand

ejus

ejus audacia est, simul monendo, istud non tam criminandi, quam boni publici gratiā fieri. Qvare argumenta adversarii, si quæ leviora aut obscuræ, vel joco, aut transitione explodenda, & erroris cuiusdam insimulanda sunt; sin verbè graviora, aut validioribus oppositis refutanda, aut per ironicam interrogacionem distorquenda & irridenda sunt.

Quomodo Deprecatoria?

Hæc uimur in errore aut crimine admisso. Demonstramus autem crimen non esse malitiam admissum, aut ad eò magnum; vel culpam ingenuè fatemur. Unde tractamus locum communem de clemētiā, non quidem nimis evagando, sed necessaria tantum exprimendo. Exinde adjungimus rationes à qualitate Personæ. pro quā dieitur, sc. à nobilitate, eruditione, anteactæ vitæ innocentia, meritis erga Rempub., è quibus futurum bonū colligendū. Postremò miserī exponi-

mus dubitationem, querimoniam, obseruationem, &c.

PARS II.

De

DISPOSITIONE

Quid est Dispositio?

Est argumentorum ad persuadendum idoneorum apta in oratione secundum ejus partes collocaatio.

Quot & quotuplices solent esse partes in Oratione?

Duplices: Principales, quae nuncquam omitti possunt, ut *Propositio & Confirmatio*: & Minus-Principales, quae pro arbitrio Oratoris negligi possunt, ut, *Exordium, Narratio, Confutatio & Epilogus*. Ex quibus *Exordium ad conciliandum, Epilogus ad concitandum, reliqua verò ad docendum faciunt*.

*Quid est Exordium?**Est prima pars Orationis, quā scd-*

RUDI

pus indicatur Orationis, ac præparatur animus auditoris ad reliquam dictiōnem, quod sit reddendo eum benevolum, attentum & docilem.

Quānam sunt consideranda in Exordiis?

(1) Species. (2) partes (3) loci (4) virtutes & (5) vitia.

Quae sunt Exordiorum Species?

Duae: Exordium apertum & occultum.

Quid est Exordium apertum?

Quando sine ullā ambage auditorum animos statim præparamus, & de quo dicturisimus, indicamus: Quali solemniter communiter uti in re honestâ, sicut Cicero in *Orat. pro Archia*:

Quid est Exordium occultum?

Quando per varias ambages auditorum animos subire annūsimur. Eo autem utimur in causa turpi, aut, quando auditores, vel sunt in audiendo defessi,

C 3

vel ali-

mus dubitationem, querimoniam, observationem, &c.

PARS I.

De,

DISPOSITIONE

Quid est Dispositio?

Est argumentorum ad periculum idoneorum apta in oratione secundum ejus partes collocatio.

Quot & quotuplices solent esse partes in Oratione?

Duplices: Principales, quae nuncquam omitti possunt, ut *Propositio & Confirmatio*: & *Minus-Principales*, quae pro arbitrio Oratoris negligi possunt, ut, *Exordium*, *Narratio*, *Confutatio* & *Epilogus*. Ex quibus *Exordium* ad conciliandum, *Epilogus* ad concitandum, reliqua verò ad docendum faciunt.

Quid est Exordium?

Est prima pars *Orationis*, quae scd.

RUDI-

pus indicatur *Orationis*, ac preparatur animus auditoris ad reliquam dictiōnem, quod fit reddendo cum benevolū, attentum & docilem.

Quānam sunt consideranda in Exordiis?

(1) *Species*. (2) *partes* (3) *loci* (4) *virtutes* & (5) *vitia*.

Quae sunt Exordiorum Species?

Duae: *Exordium apertum* & *occultum*.

Quid est Exordium apertum?

Quando sine ullā ambage auditorum animos statim præparamus, & de quo dicturisimus, indicamus: Quali sollemus communiter uti in re honestā, sicut Cicero in *Orat. pro Archia*:

Quid est Exordium occultum?

Quando per varias ambages auditorum animos subire annitimus. Eo autem utimur in causa turpi, aut, quando auditores, vel sunt in audiendo defessi,

C 3

vel ali-

vel aliter, ac nostrum requirit institutum.
persuasi.

Quibus ex locis ducuntur Exordia?

Possunt quidem Exordia duci, (1) à causis, sc. cur dicat Orator (2) ab adjunctis Persona, (vel Oratoris vel auditoris) loci, temporis, affectuum, &c. (3) à rei difficultate. (4) à præteritione rei alicuius. de qua in præsens dicere nolimus, & ab aliis locis; Interim usitatisima sunt illa, in quibus à generali pronunciato, eoq[ue], ex initinis causæ visceribus ducto transfertur scitè hypothesis ad thesin.

Quas partes habet Exordium?

Primum in eo ponenda est προλόγος, cuius ratio vel nōlōgōneū subjicienda statim, quæ etiam confutationem pro arbitrio Oratoris habere potest adjunctam. Hanc excipit ἀπόδοσις seu redditio rationis rationem uberioris explicans. Tandem Exordium claudit βάσις quæ, vel από-

δύο eos

dóces causam vel προλόγοes particularē, quid, exponit & accessum ad propositionem format.

Quanam sunt Exordiorum virtutes & vitia?

Virtutes sunt haec, ut sit Exordium elegans & venustum, succinctum & rei propositione ita accommodatum, ut exinde facilis ad Propositionem sit transitus. Sed vulgare, longum, grande, tumidum & à propositione maxime alienum, vitium sum censetur.

Quid est Narratio?

Est Secunda Orationis pars, quæ breviter ac perspicuè res gesta, ut gesta est, exponitur.

In Narratione quæ sunt observanda?

(1) Species (2) Partes. & (3) Virtutes cum vitiis.

Quot sunt Narrationis Species?

Duae, quarum altera dicitur continua, quæ rem gestam in una serie sine

C 4

exaggera-

exaggeratione tradit; altera divisa, quæ partes rei gestæ divisim narrat & amplificat.

Quæ partes in Narratione continentur?

Rerum gestarum Principium, Medium & finis. Item, quæ principium antecedunt, ut causæ: quæ finem sequuntur, ut effectus.

Quæ virtutes & vicia notanda?

Narratio sit (1) perspicua, ut intelligatur (2) probabilis, ut credatur (3) suavis, ut leniter audiatur, (4) brevis seu in verbis succincta, iis videlicet ad causam quæ utilia (5) Methodica, ut membra ejus legitime cohæreant, & æquali stylo sint connexa. His verò quæ contraria, pro viciis reputantur.

Quid est Propositio?

Est tertia Orationis pars, quæ summam rei, de qua Orator dicturus est, exponit, & auditores ad auscultandum breviter monet.

Quæ

Quæ circa Propositionem observanda occurunt?

Ejus Species, Virtutes & Vicia.

Quotplex est Propositio?

Duplex: Explicita & implicita.

Quid est explicita?

Quando Orator clare, de quo dicturus sit, enunciat.

Quomodo hoc sit?

Vel sejunctim, vel simpliciter, vel conjunctim.

Quomodo proponitur Propositio sejunctim?

Quando definitur, in quo cum adversario conveniamus, & quod in controversia relinqvatur.

Quomodo simpliciter?

Quando res saltim una proponitur: ut, *An adulterium sit peccatum?*

Quomodo conjunctim?

Quando Propositio longior est, ut ea, quæ clarissima rem proponat, in certas

C 5

partes

partes dividi possit ac debeat, ob quas postea partitio vocabitur.

Quid est Propositio implicita?

Quæ vel ex toto orationis cursu saltim patescit; vel non tanquam pars separata ab Exordio ponitur, sed ut membrum ejus annexum, insinuatnr & ad probandum suscipitur,

Quanam virtutes requiruntur in Propositione?

Sit ipsa perspicua & brevis, h.e. non major, quam trium, vel ad summum, quam quatuor partium. Hæc si negliguntur, vitiosa evadit illa.

Quid est Confirmatio?

Est quarta Orationis pars, quæ Ora-
tor rei propositæ per argumenta fidem
facit, & si opus, voluntatem impel-
lit.

Quæ notanda hic occurruunt?

Confirmationis, & argumentorum
in ea partim dispositio, partim exornatio.
Quomodo

Quomodo disponitur Confirmatio?

Argumenta validiora collocanda sunt nunc in principio, quod iunc auditor avide expectat, quærem narratam probare velimus; nunc in fine, quia postrema maxime animo inhærent, infirmiora vero medium locum occupent.

Quomodo disponuntur argumenta?

Eodem, quo supra notavimus modo. Si Syllogismo utaris, per propositionem, hujus rationem, assumptionem, approbationem & complexionem, quam alias Dialectici conclusionem vocant. Sin verò Enthymemate, antecedens eo usque probandum, aliis atq[ue] aliis probationibus, donec auditor te persuasissime satis intellexeris.

Quomodo exornantur argumenta & cum his Confirmatio?

Per Tropos & Figuras, quibus non tantum verba, verum etiam res ipsæ ex-nustate & delectatione ita illiniuntur, ut audi-

ut auditores, ad sententiam inclinare nostram, moveantur.

Quid est Confutatio?

Est quinta pars Orationis, quæ vel objecta, vel objicienda refellimus.

Quid hic tenendum?

Ordo & Modus refutandi.

Quis ordo in Confutatione observari solet?

Talis, ut vel argumenta firmiora prius refutentur, quibus fractis leviora sponte suâ corruunt: vel leviora prius, ut iisdem elulis fortiora felicissimè destruantur.

Quis modus confutandi?

Iste fit per instantiam, retorsionem, contemptum aut deductionem, quæ auditores aliò abducimus, polliciti, nos postea de hoc dicturos; quin etiam interrogacionem, quæ actione & vocis sono adjuvatur.

Quid est

Quid est Peroratio seu Epilogus?

Est ultima Orationis pars, quæ artificiose totam Orationem claudit, & aculeum in animis auditorum aperte relinquit.

Ex quibus partibus constat illa?

Duabus, altera $\alpha' \tau \alpha \chi \epsilon \phi \alpha \lambda \alpha \omega \sigma \iota$, seu repetitione potissimum argumentorum quæ hinc dicantur cum pondere aliquo, aptis sententiis explicentur & figuris variantur, ne videatur crambre repetita. Altera est $\pi \alpha \theta \sigma \pi o \iota \alpha$, sive commotio affectuum, de quibus supra.

PARS III.

De

ELOCUTIONE.

Quid est Elocutio Oratorica?

Est rerum inventarum & dispositarum idonea ad persuadendum per verba sentiasque expositio.

Quod

Quot partes admittit Elocutio?

Duas: Communem & Propriam,
de quibus in seqq. Cap.

Quid est pars Communis?

Quæ de Elocutione in genere agit,
neque ejus doctrinam ad certam mate-
riam adstringit.

Quomodo dividitur?

In Elegantiam, Dignitatem & Com-
positionem.

Quid efficit Elegantia?

Ut pure & perspicue aliiquid propo-
natur.

Quomodo aliiquid proponitur pure?

Quando neglectis verbis antiquatis
& obloletis, barbaris & peregrinis, no-
vatis, obscenis aut barbaris, non nisi
honestis aliiquid effertur, juxta versum:
Sordida prisca nova, antiquata, poetica,
dura,

turpia, rara nimis, & peregrina ca-
re.

Quæn-

Quando perspicue?

Quod sermone non ambiguo, brevi,
obscuro aut ordine verborum turbato
exprimitur.

Quid efficit Dignitas?

Ut picturis, hoc est verborum &
sententiarum luminibus Oratio exorne-
tur.

Quot modis id ipsum fit?

Duobus, vel verbis alienis cum vir-
tute traductis, vel propriis concinnè dis-
positis. Illud præstat *Tropus*, hoc *Fi-
gura*.

CAPUT I.

De

TROPIS.

Quid est Tropus?

Est vocis à propria significatione in-
alienam cum virtute immutatio.

Qua veniunt in Tropo considerandæ?
Species & Affectiones.

Quæ &

Quæ & quotuplices sunt Troporum Species?

Duplices, primariae, seu veta & secundariae, seu ambiguæ tales, quæ saltim certâ in parte illarum æmulantur naturam,

Quot sunt Tropi primarii?

Quatuor: connectuntur enim aures similes aut connexas, aut sejunete, aut totum & pars: Primum facit Metaphora, secundum Metonymia, tertium Ironia, & quartum Synecdoche.

Quid est Metaphora?

Est verbi significatio proprio in aliud ob similitudinem traductio.

Quæ in Metaphora sunt expedenda?

(1) Requisita (2) ortus seu deductio & (3) usus cum abusu.

Quæ requiruntur ad Metaphoram?

Tria: Significatio propria, aliena & similitudo: v. g. videre propriè dicitur de homine, impropriè de pratis viridianis, ob similitudinem talem, quod, uti homo

ridens

ridens amœno vultu, ita prata amœna ob viriditatem apparent.

Unde ducuntur Metaphores?

A divinis, cœlestibus, elementis, meteori, lapidibus, plantis, bestiis, hominibus, eorumq[ue] operibus, &c. & tamen latè patet Metaphora, quam Similitudo, quæ se in res omnes extendit.

Quis usiu à Metaphora sperandus?

Nullus tropus plus luminis Orationi assert, quam Metaphora, quæ orationi copiam, gravitatem, evidentiā, sublimitatem & festivitatem contrahit.

Quomodo abutimur Metaphorâ?

Si ducamus eas à diffimili, vel à longè petito, vel à re turpissimâ, quando nimis rem amplificant, vel minores sunt re significata.

Quid est Metonymia?

Est traductio nominum circa res, sibi invicem connexas.

Quoth-

Quotuplex est?

Sextuplex, (1) *Causa* (2) *Effecti* (3) *Subjecti* (4) *Adjuncti* (5) *Antecedentis* & (6) *Consequentis*.

Quid est Metonymia causæ?

Cum causa externa ponitur pro suo effectu, estque vel *finis*, qui usurpatur pro eo quod ad finem obtainendum destinatum est: ut, statuere exemplum, hoc est, infligere penas; Libavit honorem, i.e. victimam; vel *Efficientis*, quod quinque modis fieri potest.

Recense modos istos?

Modus *Primus* est, quando inventore & autor ponitur pro ipsis rebus inventis & effectis: ut, Mars pro bello. Christum induere, est beneficiorum ejus particeps fieri. Secundus, cum Scriptores ponuntur pro ipsis libris sive operibus scriptis: ut, lege Virgilium, i.e. librum à Virgilio scriptum. Tertius, cum instrumentalis causa ponitur pro re per instrumenta-

mentū facta: ut, lingua pro sermone. Petrus agnovit manum suam i.e. Scripturam. Quartus, quando virtutes vel vicia ponuntur pro suis effectis: ut, iram Domini portabo, h. e. pœnam. Laborem manuum tuarum, i.e. cibum labore propriis partum, manducabis. Quintus, quando, per membra vel effectus, quos DEO αὐθεντικῶς tribuimus, intelligimus ejus effecta. Ita nunc pœnitentia tribuitur DEO, quando mutat vel beneficium in pœnam vel pœnam in beneficium: nunc oblivio, quando non opitulatur, &c.

Quid est Metonymia Effecti?

Ubi Effectus ponitur pro causa externa.

Quot modis istud fit?

Duobus: Quorum *Primus* est, quando effectus efficientis pro suo efficiente adhibetur: ut, Pallida mors; quia facit corpora pallida. *Senectus* tristis, *Adolescentia* lata.

tia lata. Mors in olla. Secundus est, qvando id, qvod ad finem destinatur: pro ipso fine ponitur: ut, nubere pro viro jungi. Nam, ut Festus docet, Sponsæ, cùm à marito domum ducentur, capit solebant obnuber e, seu tegere flammeo, fortassis, vel ob pudorem, vel ob humilitatem. Sic labor ponitur pro usu, per laborem acquisito. &c.

Quid est Metonymia Subjecti?

Qvando Subjectum ponitur pro Adjuncto.

Quot modis hoc fit?

Sex modis, (1) qvando ponitur continens pro cõtentio: ut, Pindarus: *Audax apud craterem, h. e. vinum vox est. Roma triumfat, i. e. Romani. Meditor cathedram: hoc est, orationem in cathedra habendam.* (2) Possessor pro possellâ: ut, de senectate, h.e. de pecunia senis. Habitare apud Consulem. i.e. in domo ejus. (3) Nomen Ducis pro militi-

militibus; ut, 2, Samuel, 8. dicitur Saul percussisse millemilites. (4) Advocatus vel Patronus pro cliente: ut, nego mihi factum. b. e. clienzi meo (5) signatum, pro signo: ut. Nicolaus est exesus carie h.e. statua Nicolai. Agamemnon in scenam prodit, i.e. Persona Agamemnonē representans. (6) Res numerata pro numero numerante: ut, expungo imperiales duodecim.

Quid est Metonymia Adjuncti?

Qvando Adjunctum ponitur pro Subjecto.

Quot modis fit istud?

Quatuor: (1) cum ponitur cõtentum pro continente: ut, vina cōrōnant pro vasib, qvibus vinum contineatur. (2) cum virtutes & vitiæ, animaliumqve habitudines pro illis hominibus, iis qvi prædiui sunt, aut abstracta pro concretis adhibentur: ut: ars medicando quavis honestum cibum, id est,

arufex,

artifex. (3) cùm signum pro re signat: ut, fasces pro imperio consulari. *Toga pro pace.* *Justitia pro iusto,* &c. (4) cùm tempus pro re, quæ est in tempore: ut, *aspera secula*, pro asperis hominibus in seculo viventibus. *Diabolus dicitur deus hujus seculi.* b.e. *infidelium.*

Quid est Metonymia Antecedentis?

Cùm antecedens ponitur pro consequente: ut, discubere pro cœnare. *Deus novit pios,* i.e. amat. *Vixerunt pro mortui sunt,*

Quid est Metonymia Consequensis?

Quando consequens ponitur pro antecedente: ut, *sepultus est,* pro *mortuus est.* *Evigilabit,* pro *dormitat.* *Pariet,* pro *gravida est.*

Quid est Syneedoche?

Cùm totum ponitur pro parte & pars pro toto.

Quotus

Quotuplex est?

Sextuplex: (1) Generis (2) Specierum (3) Totius essentialis (4) partium essentialium (5) totius integralis & (6) partium integralium. Quidam accenseri denique tolet *Synecdoche Numeri.*

Quid est Synecdoche Generis?

Cùm Genus ponitur pro sua specie: ut, *Predicare Evangelium omni creatura,* h.e. homini: *Eva Mater viventium,* id est hominum. Huc refer, quando generale quodcumque vocabulum pro specialiori ponitur: ut, *agnoscere in Scriptura sacra significat cum uxore conabere.* *Agnoscere apud Latinos pro approbare,* &c.

Quid est Synecdoche Species?

Ubi Species accipitur pro suo Genere: ut, *auster,* pro *quolibet vento.* *Panis,* pro *quolibet cibo.* *Abies,* pro *quovis ligno.* Huc refer (1) cùm vox notans sexum virilem, adhibetur pro voce hominis:

ui Ps.

ut Ps. 1. 1. *Beatus vir, i. e. homo* (2)
cum vox unius consanguinei ponitur
provoce alterius: ut, vox Patris pro ma-
joribus; filii pro posteris.

Quid est Synecdoche Totius Essen-
tialis?

Quando Toto essentiali, quod mate-
riā & formā constat, pro sola materia
aut formā uitatur: ut, *sustulerunt Domi-*
nūm, i. e. corpus Domini-

Quid est Synecdoche Partis esse
lis?

Quando vel forma vel materia pro
toto essentiali usurpatur: ut, *candida ani-*
ma pro homine candido. Ferrum pro gla-
dio. Avena pro fistula ex avena confecta.
Ubi notandum, quod nonnulli mate-
riam referre soleant ad Metony-
materia.

Quid est Synecdoche Totius
gralis?

Cum totum integrale su-

totum orbis. i. e. maxima pars orbis. arde-
bello. Aut Ararim Parthus bibet, aut Ger-
mania Tigrim.

Quid est Synecdoche Partis Inte-
gralis?

Cum pars integralis pro toto integrali
ponitur: ut festivum caput; i. e. homo fe-
stivus. Prodidit innoxium sanguinem.

Quid est Synecdoche Numeri?

Quando vel Numerus Singularis pro
Plurali, aut Pluralis pro Singulari, aut
certus pro incerto ponitur: ut, *Ciconia*
novit tempus suum. Nos populo imposui-
mus & Oratores visi sumus. i. e. Ego Ci-
cero populo imposui & Orator visus sum.
Sexcenta licet ejusmodi proferre.

Quid est Ironia?

Quando ejus contrarium, quod di-
citur, intē igitur.

Quomo^{do} cognoscitur contrarium in
Ironia?

Ex verbis, gestu vel pronunciatione.

Quot & quæ sunt Ironia Species?
Species Ironiæ sunt vel verè vel analogè tales.

Quæ sunt Ironia Species veræ?

Quæ secundum Oppositorum modos variant; ut sunt Ironia ex Relatis, Contrariis, Privantibus & Contradicentibus.

Quid est Ironia ex Relatis?

Ubi Relatum ponitur pro Correlato: ut, Scilicet, tu mens Pateres, & ego tuus filius. Uxor sc. viri caput est.

Quid est Ironia ex Contrariis?

Quando unum contrariorum pro altero sibi ita opposito intelligitur: ut, Hèn bone vir? curāstiprobè, cui accenser potest Antiphasis, juxta quam distin per contrarium est intelligenda: ut, Somus, quod omnes habeamus scientiam h.e. minimè talē. Ita à parcendo dicuntur Parca, quæ nulli parciunt.

Qui

Quid est Ironia ex Privantibus?

Cùm privatio ponitur pro suo contrario Habitu, & vice versa: ut, si de virginie deformi dicam: Ne! est Helena formosior.

Quid est Ironia ex Contradicenti- bus?

Cùm contradicens ponitur pro contradicente: ut, Non dico, pro maximè disso. Non agam, pro maximè agam, &c.

Quæ vocantur Ironia Species ana- logicè tales?

Sarcasmus, Diafyrinus, Charentifmus, Astensis, Mycterismus & Mimesis. Ita vocantur autem, qvia significatiōnem verè non mutant, ut in Tropis ve- ris sit.

Quid est Sarcasmus?

Est hostilis irrisio super jam mortuū, vel ceniè mox morituro: ut, Ave Rex Iudaorum.

D 2

Quid

Quid est Diaxymus?

Est inimica irrisio, sed extra cædem; ut, *Afinus ad Lyram. Interstrepit anser Olores.*

Quid est Harientismus?

Est irrisio cu. amoenitate mordax; ut, *Bona verba queso. Melius ominare.*

Quid est Astensis?

Est urbana & falsa irrisio: ut, *Qui Baum non odit, amet tua carmina Mevi. Atq[ue] idem jungat vulpes & mulgeat bircos Virg. Eclog. 3.*

Quid est Mysterismus?

Cum nabo suspenso aliquem hostiliter subsannamus.

Quid est Mimesis?

Cum alterius verba vel gestus illusoriè & ad risum ferme imitamur: ut, *Eli. 28.13 Alcanda remanda manda, remanda: expecta, reexpecta: modicura ibi, modicum ibi.*

Quid sunt Affectiones Troporum?

Sunt

Sunt generalia Troporum accidentia, quæ communiter singulis Tropis, quamquam aliis crebriè, aliis rariè accidunt, *Quot sunt Troporum affectiones & quomodo dividuntur?*

Quatuor: & dividuntur in qualitatibus, quæ Troporum qualitatem; ut Catachresis: & quantitatibus, quæ quantitatem spectant: ut, Allegoria, Hyperbole & Emphasis.

Quid est Catachresis?

Quando vox aliquanto illicientius in alienam significationem deflectitur: ut, in *Metaphora: Odisse pro minus amare ac curare; In Metonymia: Christus factus est peccatum, h.e. hostia pro peccato; In Synecdoche: ut, Parricida pro homicida; vel, quando Iosua vir qui erat appellatur puer Nosis, Exod. 33. In Ironia: ut, spero dolorem, b. e. existime mihi dolorem impendere.*

Quomodo abutimur Catachresi?

D 3

(1) Si

(1) Si eam non aliquantulum molliamus & quasi corrigamus, vel his formulis: ut verbis auctoris hujus utar: prope dixerim: liceat mihi ita loqui &c. vel vocabulis: tanquam, velut & similes. (2) si nimis crebro Catachresin adhibeamus.

Quid est Allegoria?

Est unius vel diversorum Troporum, in eadem sententiâ continuatio, quâ verbis aliquid dicitur, aliud tamen re ipsâ significatur: ut, in Metaph. Cic. *S*caes fungantur officio luporum, *c*uiusnam præsidio pecuaria putemus, h. e. *S*i *M*agistratus est tyrannus, populus & pud neminem refugium habebit. In Metonym. ut Cic. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc pietas, illinc salus. &c. i.e. Personæ, his virtutibus vel vitiis quæ affectæ sunt. In Synecdoche: *Si fueris Thraso, non deerit tibi Gnato*. In Ironia, ap. Plaut. *Is etiam sapere se memorat,*

mallenm

malleum scilicet sapientiorem esse manus-
brio.

Quot Species habet Allegoria?

Quatinus; *Apologus, Mythos, Enigma, Parœmia, & quæ his accessori po-*
test Metalepsis,

Quid est Apologus?

Apologus est narratio, quâ rebus inanimatis aut bruti studia & mores hominum tribuuntur. *Quales sunt fabulae* *Aëspica & aliorum.*

Quid est Mythos?

Quando figmentum quoddam Poëticum, mysterium Ethicum, Politicum aut Physicum tacite insinuat; ut, *aureum frenum Palladis, injectum Pegaso, moneret affectuum impetus ratione seu notitiis, devinitus menti insitis, esse frenandos.*

Quid est Enigma?

Quando obscuriori Allegoriâ seu similitudine aliud rectè significatur, quâm verbis ostenditur: *quale fuit Samsonis.*

D 4

quod

quod proponebat in convivio nuptiali.

Quid est Paræmia?

Est dictum Allegoricum, vulgo tristum, rebus temporibusque accommodatum: qualem est, Catuli imitantur dominos. h. e. familia sequitur mores dominorum. Lumen inferis Soli i. e. rem evidenter probas.

Quid est Metalepsis?

Est Tropus multiplex in uno vocabulo, ut in illo Virg.

Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas.

*Ubi per aristas spica; per spicas mes-
ses; per meses astatates; per astatates anni;
atque sic per aristas anni intelliguntur,*

Quomodo abutimur Allegoriâ?

*Quando nimis crebra adhibetur, ut
satiatem pariat.*

Quid est Hyperbole?

*Est oratio augens vel minuens rem
incredibiliter.*

Quatu-

Quotuplex est?

Duplex: augens vel minuens,

Quot modis fit augens?

(1) *Ponendo Substantivum, aut ejusdem, aut cognatae qualitatis pro superlativo: ut, est ipsa humanitas, pro humanissimo. Est ipsum nectar i. e. vehementer dulce, (2) præponendo Superlativo, vel particulas, plus quam magis: ut, plus quam pessimus; vel comparativus: ut, pessimo pejor. (3) adhibendo virium ipsum pro vitiosissimo: ut, ipsa loquacitas est i. e. loquacissimus. (4) veniendo Superlativum in Comparativum: ut, ipsa calamitate calamitopior &c.*

Quomodo fit imminuens?

Fit haec partim in verbis: ut, corculum animula, convitiolum, morbulum: Cic. Opus est mihi limatulo atq[ue] politulo tuo judicio; partim in sententiis: ut Scalig. Nostra scientia est umbra in Sole. Testudine tardior. Hominum umbra, &c.

D 5

Qvo-

Quomodo abutimur Hyperbole?

Abutimur eadem, ut augente, in rebus magnificis, arduis, gloriofis, inauditis; Minuentem verò, in humiliis, parvis, ubinos ipsos modestia extenuare, aut adversarium in contemptum adducere; aut rei difficultatem significare volamus.

Quando abutimur eadem?

Si illa non aliquantis per emolliatur, sicut Catachrefis,

Quid est Emphasis?

Quando in verbis tropica quædam significandi vis tacitè latet. v.g. in Metaph. *Panis vita, i. e. Christus, Sal terre, i. e. Apostoli.* In Metonym. ut, terror Graecie, i.e. Xerxes. Suada Romana, i.e. Ciceron; in Synecd. ut, pium pectus, pro homine pio; In Ironia; ut, *Catilina*, pacificus ille civis.

CAPUT

CAPUT II.

De

FIGVRIS.

Quid est Figura?

Quando non invertendo significatio nem, sed ingeniosè à vulgari consuetudine declinando eleganter readitur oratio.

Quomodo dividuntur Figurae?

In Dictionis & Sententiæ.

Quid sunt Figure Dictionis?

Qvæ per artificiosam verborū inter se collocationem exornant Orationem.

Quomodo variari?

Aliæ sunt deficientes, aliæ abundantes.

Deficientes quot sunt?

Duæ. Ellipsis & Asyndeton.

Quid est Ellipsis?

Quando particula quædā studio & cū aculeo, omittitur; ut, *Sed vos qui tandem!* sc.

Quid est Asyndeton? (estis.

Quando copula scilicet omittitur; ut, *abist, exceperit, evasit, erupit, arbitror illos*

illos fuisse Camillos, Fabricios, Curios, &c.

Quae sunt Abundantes?

Quæ repetunt vel eandem vocem eodem sensu; vel eandem vocem diverso sensu & casu: aut, quæ ludunt in simili sono, syllabâ, ut significatione diversarum vocum.

Quæ Figure repetunt eandem vocem eodem sensu?

Polysyndeton, Epizeuxis, Anaphora, Epistrophe, Symploce, Epanalepsis, **Anadi**plosis, Climax, Gradatio, Ep-anodos & Tavotis.

Quid est Polyndeton?

Est scita copulæ abundantia: ut, *Me præ ceteris & colit & observat & diligit.*

Quid est Epizeuxis?

Quando eadem vox cum vehemen-
tia jugulariter repetitur: ut *Virgil. Ab Cory-
don, Coridon! que te dementia cepit?*

Quid est Anaphora?

Quando vox in initio diversorum
com-

commatum iteratur: ut, *Jer. 15. 16. Dex-
tra Jehovæ facit fortitudinem; Dextra
Jehovæ excelsa, dextra Jehovæ facit for-*

Quid est Epistrophe? (nra.

Quando eadem vox in clausulis plu-
timarum sententiæ repetitur: ut, *Fæ-
nos pop. Rom. justitiâ vicit, armis vicit, li-
beralitate vicit. Cornif.*

Quid est Symploce?

Quando Anaphora & Epistrophe
conjuguntur: ut Cic. *Quis legem tulit?
Rullus: Quis majorem populi partem lu-
fragiis privavit? Rullus: Quis comitiis
prefuit? Rullus.*

Quid est Epanalepsis?

Quando eadem vox in initio præce-
dentis & in fine sequentis sententiæ re-
petitur: ut Ovid. *Qvilibet inde furit:
procul hinc discedite, queis est.*

Cura bona mentis, qui bibit inde furit.

Quid est Anadiplosi s?

Quando vox in fine præcedentis &
in initio sequentis sententiæ repetitur: ut

Virg. Ecce Dionaei processit Cesaris astrum. Astrum, quo segetes gauderent.

Quid est Climax seu Gradatio?

Quando eadem vox connectit superiora inferioribus: ut *Cornif.* Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria amulos comparavit.

Quid est Epanodes?

Quando verba, quæ priori loco positæ erant, posteriori; & quæ posteriori, priori loco repertuntur: ut, *Mancipium Bachi dum cernis, dic: ego cerno semissem virum, semivirumq; suem.*

Quid est Tavotis:

Quando eadem vox temere & adiunctum usque repetitur: ut Plautus, *Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet. Etiam cum cavisse ratus est, sapientis cautor captus est.*

Quæ Figura repetunt eandem vocem diverso sensu?

Antanaclasis, Ploce, Polyptoton, & Paregmenon.

Quid

Quid est Antanaclasis?

Quando vox eadem in quacunque diversa significatione repetitur: ut *Cornif.* *Jucundum est amari, si curetur, ne quid insit amari; ubi amari prius Infinitivus est, posteriorius Genitivus.*

Quid est Ploce?

Quando vox ita repetitur, ut nunc Personam vel rem, nunc mores, aliamve qualitatem significet: ut *Ovid.* *Talis erat mater, si modo mater erat. Item: Simia est Simia. etiamsi aurea gestat monilia.*

Quid est Polyptoton?

Quando idem verbum variato casu repetitur: ut, *Labor labori adfert laborem.* *Virg. Littora littoribus contraria, fluctibus undas imprecor, arma armis.*

Quid est Paregmenon?

Quando voces a se invicem derivatae conjunguntur: ut *Ovid.* *Tu quoque Pieridū studio studiose teneris, ingenioq; favens ingeniose, meo.*

Quæ

Quæ Figuræ repetunt eundem sonum vel syllabam, aut significationem diversarum vocum?

Paronomasia, Parechesis, Homoeoptoton, Homoeoteleuton, Synonymia & Pleonasmus.

Quid est Paronomasia?

Quando per diversas voces eandem, terminationem habentes in aliud planè sensum deflectitur oratio: ut: *Virtus premitur, sed non opprimitur. Omnis amans amens. Nunquam satis dicitur, quod nunquam satis discitur.* Seneca.

Quid est Parechesis?

Quando una pluresve syllabæ vocis alicujus in altera ejusdem membrí reperiuntur: ut Cic. *O fortunatam natam me consule Romam!* Plaut. *Palla pallorem incutit.*

Quid est Homoeoptoton?

Quando plura iisdem casibus efferuntur: ut, *Mel in ore, fel in corde: verba laetis, frons in factis.*

Quid

Quid est Homoeoteleuton?

Quando commata aut colla eodem sonō terminantur: ut, *Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum Christi recordabor.* Aug.

Quid est Synonymia?

Quando verba idem significatio conjunguntur: ut, *Cic. abiit, excessit, evasit, erupit.*

Quid est Pleonasmus?

Quando vox aliqua eleganter abundat: ut Virgil. *Vocem his meis auribus hancis.*

MEMBRVM II.

De

FIGVRIS SENTENTIAE.

Quid sunt Figura sententiae?

Quæ totam sententiam ad movendos auditorum animos ornant.

Quomodo dividuntur?

In Inventionis & Dispositionis: Ubi illæ iterum sunt vel Patheticæ seu Concitato-

citatoriæ, vel Auxeticæ seu Amplificatoriæ.

Quid & quot sunt Figura Concitatoria?

Qvibus affectus movere solemus: suntq;
Exclamatio, Parrhesia, Epiphonema,
Inopinatum, Aposiopesis, Apostrophe,
Prosopopoeia, Mimesis & Aporia.

Quid est Exclamatio?

Quando per particulas Exclamandi
varios animi affectus v. g. irridendi
commiserandi, indignandi, imperandile-
tandi, execrandi, &c. iestamus: Cic.
O praelarum istum ovium custodem, ut a-
junt, lupum. Eheu misera justitia! quām
male tractaris in foro, quām turpiter ne-
glecta in choro, quām nulla es in choro.

Quid est Parrhesia?

Quando aliquid licentius vel ob lau-
dem, vel ob vituperium indicamus: ut
Cic. Vide, quam non reformidem. Quan-
tum potero voce contendam. Baud. Vul-
tus apertius ac fine ullâ circuitione verbo-
rum me vobissem loqui.

Quid

Quid est Epiphonema?

Quando sub finem rei narratæ aut
probatae adjicimus pronunciatum ex
superioribus expressum: ut Virg. Adeò à
generis adfuscare multum est. Item:
Tanta moliserat, Romanas condere
gentem.

Quid est Inopinatum?

Quando suspensis auditorum animis
aliquid inexpectatum accidisse ostendis-
mus: ut, Nunquam credidi fore, ut pro-
bitas ab improbitate vinceretur; sed ita
fert casus infestus & corrupti seculi mo-
res, ut pietas villa jaceat.

Quid est Aposiopesis?

Quando ita ferme abrumpitur, ut vix
apparet, quid dicturus quis fuerit: ut
Virgil. Qvos ego! sed motos praefat com-
ponere fluctus.

Quid est Apostrophe?

Quando sermonem avertimus ab iis,
cum qvibus loqebamur, & ad alium
conver-

convertimus, quam instituta oratio res
qvirit: ut Cic. Quousq; tandem Catilina
abutere patientia nostrā? quam diu fu-
vor iste tuus nos eluder? quem ad finem
seſe effrenata jactabit audacia?

Quid est Proſopopœia?

Quando Personam in oratione nostra
veluti loqventem fingimus: ut cùm vel
Angelum bonum aut malum: vel ho-
minem præsentem aut absentem, aut
planè mortuum; vel bestias, aut alias res
omni sensu destitutas loquentes introdu-
cimus. Quemadmodum Iotham arbori-
bus sermonem tribuit. *Judic.* 9. 7. Huic
Figuræ subjicitur *Mimesis* & *Sermoci-
natio*.

Quid est Mimesis?

Quando alterius verba aut gestus imi-
tamur. *Esa.* 28. *Manda, remanda, ex-
pecta, reexpeta: Expecta, reexpecta. Mo-
dicum ibi, modicum ibi.*

Quid

Quid est Sermocinatio?

Quando Orator ipse secum disputat.
& quasi duorum colloquientium Perſo-
nas sustinet: ut Cic.: Exhāreditare fili-
um voluit? Quā ob causam? nescio.
Exhāreditaviene? Non. Quis prohibu-
it? cogitabat. Cogitabat? cui dixit? Ne-
mini.

Quid est Aporia seu Dubitatio?

Quando fatemur nos nescire, quid
facto opus sit: ut Virg. *Eloquar, an file-
am?* Cic. *Qvō me vertam? qid di-
cam? qid faciam in hac omnium rerum
perturbatione?*

*Quae Figura sunt Amplificatoria & quo
modo distinguntur?*

Quibus orationem qvocumque mo-
do augemus; atque distingvi possunt in
simil probantes, illustrantes, responden-
tes & delectantes.

*Quanam amplifican- do probant?
Et hæ variant; probant enim diversæ
ex locis*

ex locis vel Definitionis, vel Divisionis,
vel Causarum.

Qua Figura probant ex loco Definitionis?

Definitio, Interpretatio & Expositio?

Quid est Definitio?

Quando rem copiosius & ad popu-
larem intelligentiam ambimus: ut Cic:
pro Marcell. *Gloria est illustris & per-
vagata multorum ac magnorum, vel in
suos cives, vel in Patriam vel in omne
genus hominum fama meritorum.*

Quid est Interpretatio?

Quando in Oratione nostra verba ali-
is significantioribus explicamus: ut Vac.
10. *Diliges Dominum tuum ex toto cor-
de, ex tota anima & ex omnibus viri-
bus tuis.*

Quid est Expositio?

Quando plures sententias idem signifi-
cantes conjungimus: ut Virg.

Quid puer Ascanius superatne & vesci-
tur autem

Etho

Aetheria, nec adhuc crudelibus occupat
umbris?

Qua Figura probant ex loco Divisionis?
Distributio, Congeries & Incremen-
tum.

Quid est Distributio?

Quando totum per partes suas expli-
camus: ut Cic: *Tota Res publica peri-
clitatur: Principum autoritas labefactat
ur: Optimatum consilia reprobantur:
plebs non patitur se jure, aut legibus regi-*

Quid est Congeries?

Cum in Oratione plures Species v. g.
virtutes, vitia, &c. coacervamus: ut
Cic orat. in Catil. *Omnia norat, omni-
um aditus tenet, appellare, tentare,
sollicitare poterat, audebat. Erat ei con-
silio ad facinus aptum; consilio autem
neque lingua deerat.*

Quid est Incrementum?

Cum per gradus ab infimis ad summa-
imus; ut Cic. in Verr. *Facinus est vin-
ceret et*

cerecivem Romanum, scelus verberare,
propter parricidium necare: quid dicam.
in crux tollere?

Quæ Figura probant ex loco Causarum?

Aethiologia, Translatio & Ratiocinatio.

Quid est Aethiologia?

Quæ rei causam adducimus, quæ si non tam vera, quam speciosa, color dicitur. ut Cic. de Senect. Ex hac vita ita discedo, tanquam ex hospitio. non tanquam è domo: Commorandi enim nobis natura diversorum, non habitandi dedit.

Quid est Translatio?

Quando rei aliquis causam in alium locum, aliud tempus commodius differimus: ut, Hanc rem pererabimus, ubi ad arcem cause ventum fuerit.

Quid est Ratiocinatio?

Cum ex affectu vel signo aliquid colligimus: ut istud Christi: Si hoc sit in signo viridi, in arido quid fiet? Quæ

Quæ Figura illustrant amplificando?

Iudem ipse diversimodè se habent: Aliæ enim illustrant ex loco Adiutorum, seu circumstantiarum; aliæ ex loco Oppositorum seu Repugnantium.

Quæ Figura illustrant ex loco Circumstantiarum?

Diatyposis, Prosopographia, Chro- nographia, Ethopoeia & Topographia.

Quid est Diatyposis?

Quando rem ita clarè expónimus, ut quasi coram fieri videatur. Quemadmodum ita describitur convivium Marci Antonii Philippi: Personabant omnia vocibus ebriorum? natabant pavimenta mero: madebant parietes &c. Quæ si simplicior & minus accurata, Hypotyposis vocatur.

Quid est Prosopographia?

Est Personæ, vel veræ, vel fictæ deffici-
pio: ut apud Virg. est descriptio Euthy-
phemi: Monstrum horrendum, informe,

ingens cui lumen ademtum: Trunca magnum pinus regit & vestigia firmat.

Quid est Chronographia?

Quā tempus describimus: ut est apud Ovid:

Poma dat autumnus; formosa est mesibns etas:

Ver præbet flores: igne levatur hyems.

Quid est Ethopoeia?

Est morum aut aff. stuum expressio: qualis est Majorum ita posteritatis suæ mores deplorantium: Quem ege nepotem adspicio? que nova, atq; insolita facies offertur oculis meis? Tunc posterit ac sanguis meus? que resigitur re co- rripit? que clades illata generi nostro?

Quid est Topographia?

*Quando locum verbis, quā fieri possest, aptis delineamus: qualis est descrip-
tio domus fame apud Ovid: aut campo-
rum Elysiorum apud Virgil:*

Quæ

*Quæ Figura illustrant ex leco similium?
Comparatio, Paradigma, Imago, Si-
militudo & Dissimilitudo.*

Quid est Comparatio?

*Est differentium collatio: ut Ovid:
Quemadmodum lagena aquam: ita ani-
mus ingrati beneficia facile admittit, sed
reddit cum murmure & querela.*

Quid est Paradigma?

*Quando simile quid factum per ex-
empla ostendimus: ut Cic: Quid Ale-
xander Macedo? Cùm ab ineunte aia-
re res maximas gerere cœpisset, nonne ter-
tio & trigesimo anno mortem obiit? Ex
quo judicari potest, virtutis esse quām a-
tatis celeriorem cursum.*

Quid est Imago?

*Quando alterum alter: nūdē simile esse
monstramus: ut Ciconia gestans humeris
Parentes suos senio confectos, est imago
pietatis parentibus debita.*

E 2

Quid

Quid est Similitudo?

Est duorum in aliquo tertio secundum qualitatem convenientia: ut, *Quemadmodum ex arboribus, si cruda sint, poma vi evelluntur; si matura & cocta, decidunt: Sic vitam adolescentulis vis affert, senibus maturitas.*

Quid est Dissimilitudo?

Est duorum in eadem qualitate disconvenientia: ut Cic: *Non, quemadmodum equis vetulis teneros anteponere solemus; sic amici novi veteribus sunt anteponendi: non enim amicitarum esse debent, sicut aliarum rerum necessitates.*

Quae Figura illustrant ex loco Generis?

Affumtio, Sententia & Noëma.

Quid est Assumptio?

Cum specialem causam loed communi ornare studemus: ut, *Cum omnis Philosophia sapientia utilis & necessaria est genitum humano, cum vero imprimis ea pars, qua de moribus & vita doctrinam continet.*

Quid

Quid est Sententia seu Gnomē?

Est dictum generale earum rerum, quas in vita quacunque sequimur aut fugimus: ut, *Bellum armis non verbis gerendum est.*

Quid est Noëma?

Est dicti generalis ad certam materiam, vel personam accommodatio: ut, *Athenienses literis verbisq[ue] bellum adversus Philippum gerebant.*

Quae Figure illustrant ex loco Repugnantium?

Ἀνθεῖδελον ὁξύμωσον, Paradiastole, Epanorthosis & Commutatio, seu Διτιμεῖα-βολή.

Quid est Antidebet?

Cum contrariis contraria opponimus: v.g. ut, aquila ipse est in pace ad vexandos cives acerrimus; in bello vero ad expugnandos hostes inertissimus. *Martialis lib. 4. epigr. 42.*

Sapientem nolentem cogat, nolitq[ue] volen-
tem.

E 3

Quid est

Quid est Oξμωρος?

Quando idem negatur de semetipso: ut Ter: *Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum est, nihil defisi tamen.*

Quid est Paradiastole?

Cum, quae eandem vim habere vi-
denur distingvimus: ut, *Vir bonus op-
pugnari pecunia potest, non expugnari.*
Item: *Non te frugalem apello, sed avara-
rum: non liberalem: sed prodigam: non
fortem, sed temerarium.*

Quid est Epanorthosis?

Quando idem, quod dicimus, rev-
tamus & corrigitur: ut Ter: *Filium
unicum adolescentulum habeo. Ab! quid
dixi me habere? Imo habeam, nec ne?
incertum est.* Ita Cic: *Spartam nactus
sum, banc ornabo; vel potius illa ornabit
me.*

Quid est Antypeta&bolis seu Commu-
natio?

Quando contrarius sensus in verbo-

rum

rum transpositione infertur: ut Cic: *Verè
dici potest, Magistratum legem esse lo-
quentem; legem autem mutum Magis-
tratum.* Item Cic: *Non, qui legem faci-
unt, justi sunt; sed qui justi sunt, legem
faciunt;*

Quae Figura probant respondendo?

Prolepsis seu Occupatio, quae duas ha-
bet partes: ὑποφορά & αὐθυποφορά;
quarum illa per Interrogationem: hac
verò per Subjectionem, Communicatio-
nem, Inversionem, Permissionem
& concessionem, exprimā interdum
potest.

Quid est Prolepsis?

Quando, quae ab adversario nobis ob-
jici possunt, anticipamus & diluimus.
Ubi objectio ὑποφορά: ejusverò resolu-
cio αὐθυποφορά dici solet: ut Cic: in Or.
pro Mil. quæstionem hanc proponit:
Cur igitur vietus est? & ipse respondet:
*quia non semper à latrone viator, non
nunquam*

nunquam & latro à viatore occiditur.

Quid est Interrogatio?

Quando, ubi rectâ oratione uti possemus, quærendo eam proponimus: ut Virg. *Nunc ego te vidi. Damōnis pessime caprum excipere insidiis?*

Quid est Subjectio?

Quando multa, quæ pro adversario dici possunt, breviter proponimus, & ad singula succinctè respondemus: ut Cic. *Male judicavit populus, at judicavit & non debuit, at potuit: non fero, at multi clarissimi & sapientissimi cives tulerunt.*

Quid est Communicatio?

Quando bonitatem causæ freti adversarium ipsum consulimus, aut cum judicibus deliberamus: ut Cic. *Quaro, si hodie dominum tuam redeuntem, coacti homines & armati, non modo limine rectoq; adiungentia sed primo aditus, vestibuloq; prohibuerint, quid acturus sis?*

Quid

Quid est Inversio?

Cum id, quod nobis objicitur, in adversarium retorquemus: ut apud Agellium, dicitur *Romulus ad cœnam venisse, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium habebat.* Unde dicebant ei: *Romule, si istuc omnes homines faciunt, viminius vilius erit.* Is respondit: *Imo verò carum, si quantum quisq; volet, bibat: nam ego bibi, quantum volui.*

Quid est Permissio?

Cum adversario aliquid largimur, ut reliquum discuiiamus: ut, *Vocato Logicam seminarium heresios, vide, quomodo disputare queat, cum Sophistis? Male disputabis sine ea.*

Quid est Concessio?

Quando in nostrum commodum omnia adversario concedimus: ut Cic. *Habes igitur Tuberos, (quod est accusatori maxime optandum,) confitentem rem, sed tamen ita confitentem, &c.*

E s

Qua

Quæ Figura amplificando exhilarant?
Præteritio & Paraphrasis.

Quid est Præteritio?

Cum simulamus nos velle aliquid dimittere, quod tamen maximè dicimus: ut Cic. Non tibi objicio, quod hominem omni argento spoliasti.

Quid est Paraphrasis?

Quando rem multis ambimus verbis: ut, Romana eloquentie Princeps, i. e. Cicerone. Trojani belli scriptor, i. e. Homerus.

Quid & quæ sunt Figura Dispositionis?

Quæ membra aut totum orationis corpus concinnè connectunt, Suntque: Translatio, Digressio, Transitio, Rejectione & Revocatio.

Quid est Translatio?

Quando rem aliquam in locum vel occasionem commodiorem transferimus: ut, Hanc rem per tractabimur ubi auaritia causa ventum fuerit.

Quid

Quid est Digressio?

Quando extra ordinem ad rem alienam, utilièque in oratione excurremus, cuius regelus his formulis significatur: Sed ut ad propositum revertar: sed ut redeam, unde digressus sum: sed quò dilabor? redeo ad id, unde aberravit oratio? Quialis Digrissio est apud Virg. I. Georg. ubi facit digressionem ad mortem Cæsaris.

Quid est Transitio?

Quando breviter monemus, quid dicendum sit, & quid adhuc dicendum restet: ut Cic: Satis mihi multa fecisse verba videor, quare hoc bellum etiam genere ipso necessarium, magnitudine periculosum sit: restat de Imperatore eligendo ad hoc bellum.

Quid est Rejectione?

Quando aliquid prorsus rejicimus, tanquam indignum & intempestivum, per formulas sequentes: Verum tac ad rem

rem nihil : Definamus scrutaria ea, quae sunt inania : Quid istud ad rhombum ? Non est mibi in praesentia decretum compilare lumina Poëtarum, nec quicquam enim in rem nostram videntur facere ista cuncta.

Quid est Revocatio?

Quando, si prolixius progressi, ad principium orationem revocamus; ut, *Redeamus ad id, unde nos facta preclarissimorum hominum mentio paucisper duxit,*

CAPUT III.

De

COMPOSITIONE.

Quid est Compositio?

Est idonea parium in oratione cohaerentium pro conditione rei dicendæ secundum qualitatem & quantitatem dia gestio.

Quia

Quibus nititur illa partibus?

Quatuor : Junctura, Ordine, Periodo & Numero. Ubi duæ priores in qualitate, posteriores in quantitate Orationem eloquentem reddunt,

Quid est Junctura?

Est commoda literarum, syllabarum & vocum coordinatio, ut oratio emergat suavis, grata & sonora : non aspera aut hiulca.

Quâ ratione sit istud?

Quando vitatur (1) ejusdem literæ & imprimis R. vel S. crebrior concursus; nam R. sono gaudet aspero & canoro, qui in re acerba & vehementi exprimenda convenientissimus ; S. vero sibilantι, à quo abstinendum quoque, nisi natura rerum diversum suadet. (2) eiusdem syllabæ otiosus & ingratuus, vel in initio, vel in fine vocum aut sententiæ usus (3) Plurium syllabarum seu brevium, seu longarum coacervatio : & (4) Monosyllabarum numeraria conjunctio. *Quid*

Quid est Ordo?

Quando naturalis in verbis rebusque obseruantur series. h. e. quando nec verba concinnè transjicimus; nec gravius leviori, dignius indigniori, prius posteriori, viros fœminis, ortum occasus, diem nocti postponimus.

Quid est Periodus?

Est oratio, quæ velut in circulo absuta sententia, h. e. περιστοι & αποδοσις constans, simul & semel ad cognoscendum intellectui objicitur.

Quæ & quotuples sunt ejus Partes?

Duplices: aliæ Minores, quæ Græcis vocantur κόμματα, Latinis incisa; aliæ Majores Græcis κῶλα, Latinis membra dicta.

Quid est κόμμα?

Est Pars Orationis minor, sensum nunc perfectum, nunc imperfectum per decem ad summum syllabas exhibens.

QuidQuid est κῶλον?

Ea pars Orationis Major, sensum nunc perfectum nunc imperfectum per plures, quam per decem syllabas exprimens: ut κόμμα est: Magna sunt in te opes; κῶλον vero si addas: latè patet gratia.

Quotuplex est κῶλον?

Duplex: Nunc enim est cum commate, ut in modo dato exemplo: nunc sine commate: ut, Secura mens possessori est juge convivium.

Quotuplex est Periodus?

Duplex: Propria & Impropria. Illa kērum vel est simplex seu unimembris, vel duorum, vel trium; summum vero quatuor membrorum, quæ Periodi omnes aut in historiis, aut in Genere Deliberativo commodè adhibentur. e. g. Periodus unimembris potest esse hæc: Josias Rex in tenerâ adhuc atate singulari cutre ferebatur in Denuo,

Quæ

*Qvæ formatur in bimembrem ita:
Quas à D E O vires, animiq; facultates
acceperat Josias eas in cultum illius
religionemq; conferebat.*

In trimembrem h.m. *Quamvis corpo-
re & mente minimè valerer Josias; atta-
men & mente pià colebat D E U M , & o-
mnes corporis vires divino cultui destina-
bat.*

In quadrimembrem sic: *Quod si vita-
rationem in Josia contemplari quis desi-
deret, ejusq; pietatis in D E U M studium
animo objiciat ; Perfectò velociorem ejus
virtutis cursum fuisse animadvertiset, e-
cumq; statis incrementa longè anteverti-
se intelliget.*

Quid est Periodus Impropria?

Cujus vel κωλα justo sunt prolixiora,
vel totus ambitus pluribus quam quatu-
or constat membris; & imprimis ejus
ijsus est in rebus tristibus magnis; aut ubi
plura argumentia proferenda sunt. Quā-

VIA HIC

*vis hic & arbitrium Oratoris & ejus na-
tura subaudienda.*

Quid est Numerus Oratorius?

Est ejusmodi vocum in initio , medio
& fine secundum quantitatem coordina-
tio , ut oratio cum aurium animorumq;
sensu consentiat.

Hec quomodo instituenda est?

Si inchoetur Periodus à Spondeo, Da-
ctylo, Cretico , Molosso vel Anapæsto;
diducatur Jambis, Trocheis; aut interdū
eiām Spondeis (quamvis medium Peri-
odi non adeò strictè obseretur) & ter-
minetur Dochimo , Spondeo , Dactylo
(vel uno vel duobus) Dirochaeo & simi-
libus.

CAPUT

CAPUT IV.

De

ELOGATIONIS

Parte propria.

*Quid est Pars Elocutionis propria?**Qæ Orationis characterem, quis qualiter esse debeat, docet.**Quid est Character?**Est certus in Oratione loquendi modus, rebus ipsis accommodatus.**Quotuplex est character iste?**Triplex; Magnificus seu sublimis; humilis seu tenuis & mediocris seu æqualis.**Quid est Magnificus?**Qui res magnas verbis & Figuris ad dignitatem compositis exprimit: ut sunt: quando de DEO, rebus heroicis aut tragicis Orator agere instituit.**Quomodo istud fieri potest?**(1) Verbis dignitatem quandam præse ferentibus, h. s. Metaphoricis vel Allegoriciis*

goricis à rebus grandibus petitis. (2) Periodis prolixioribus, qvarum una plures complectitur, & (3) Figuris affectuosis & vehementioribus, puta, Anaphora, Apostopesti, Prosopopœia, Apostrophe, Exclamatione, Periphrasi, &c. Stylo ergo quaturomido, h. e. hyperbolico: Poëticō, aut peregrinis verbis crebrisqvc epithetis turbato, rem magnam; parvam verò verbis tenui pedalibus significant, omnino peccant.

*Quid est Character humilis?**Qui res tenues verbis ac Figuris decentibus explanat.**Quid sit istud?*

(1) Verbus vulgo usitatissimis, propriissimis, obviis iisque paucis. (2) Periodis concinnatis, & accuratis & denique (3 sententiarum acuminibus. Contrà autem, si similis materia stylo sicco & jejunio exponatur, h. e. sententiâ rem immixtum; verbis non satis mentem dicentis exprime-

tis exprimentibus, & commatis, ultra quam par est, frequentibus, peccatur.

Quid est Character medicocris?

Quando stylo sublimi humiliori, & humili sublimiori, h. e. mediocri verborum tropicorum & Figurarum usu, quibus stylus humili superatur, & sententiis ad savitatem eompositis, oratio polita redditur. E contrario stylus in hac materia fluctuans, & nunc ad sublimem, nunc ad humilem deelinans, illam dehonestabit.

Ubi in Specie singula hac dicendi genera abhiberi possunt?

Genus summum ad concitandum maximè facit, unde acturi pro fuggitu de **D E O**, *Homine*, *Virtute*, *Republ.* &c. idem recte usurpabunt. *Humile sicut ad docendum aptissimum est*; ita in *Epi-*
stolis, vel in *questionibus Theologicis* pa-
riter ac Philosophicis, non circa rem obser-
vatur. Mediocre delectare solet, quâre in lau-

in laudibus, vitoris, triumphis, coram Comitiis; aut in *Genebliacis*, *Nuptialibus*, &c. exprimendis optimè adhibetur.

P A R S IV.

De

PRONUNCIATIONE.

Quid est Pronunciatio?

Est Orationis venustè expositæ apta quoad vocem & gestus enunciatio.

Quae ejus sunt munia?

Moderare vocem, unde dicitur *Pronunciatio*; & formare gestus, unde adhuc dicitur *Actio*.

Quomodo moderanda vox est?

Diversimodè; alius in *Quantitate*, alius in *Qualitate*.

Quomodo moderanda vox est in

Quantitate?

Fit hoc dupliciter, in *genere* & in *specie*.
In *generere* requiritur, (1) ut vox sit me-
diocri-

diocris, non gravissima vel acutissima, ne
forsitan in dicendi cursu immutetur ipsa;
nisi affectus aut res ipsae aliud postulent.

(2) *commata puncta* q̄d distinguat, nam
muonoxia ingrata est. In Specie vero in re
gravi requiritur vox tardior; in humili
humilis; in mediocri temperata.

Quomodo in Qualitate?

Quamvis per totū orationis actū vox
articulata & æquabilis esse debet; tamen
in principio lenior & submissior: in pro-
gressu vero contentiosior esse debet, ut it
gradatim ascendat. Quid si & affectus
movendi, pro varietate istorum illa in-
spectanda quoque est.

Qua ratione moderandi sunt

Gestus?

Diversa, prout vel totius sunt Cor-
poris, vel sicut membrorum.

Quomodo totum corpus moderandum?

Corpus totum sicut secundum naturam
perit.

per integrum Orationem erectum, & ele-
vatum, subindeque moveatur.

Quomodo moderanda corporis membra?

- (1) *Caput* sic rectum non obstipatum,
- (2) *Oculi*, blandi & aperti, favorem &
confidentiam promittentes
- (3) *Frons* exorrecta
- (4) *brachia manusq;* non
ita cebrius, minus oratorum; quām gesti-
culorum more moveantur, ubi tamen
dextrā potius, quām sinistrā adhiberi de-
bet.

Quotuplex est Pronunciatio?

Quamvis satius esset, ut omnis Oratio
memoriter dicatur, quod affectus & ge-
stus tunc commedius observari possint;
tamen, quia non omnibus pariter eadem
est memoria: alij eandem legunt, &
tunc Pronunciatio est de scripto; alij ean-
dem ex memoria dicunt, & horum Pre-
nuntiatio.

BUNCIATIUS VOCATUR MEMORITER TALIS. Sed
SUFFICIENT HÆC PRO RUDIMENTIS.

ESTO ERGO

F I N I S.

&

S. D. G.



Ende

I

H

tui
ta,
i

P

Ja

C

SC

—
Su

Excid. BARTPHAE, Typi Civit. An. 1670.

LCUM

a,

iexna-
applica-
njuvent-
Sugge-
Libris

ivatam-
n,
m suorum
ubice

NNE

ENBERG

Hungaria

, Rectore

entium Studi